tas Quedã eſt veritas vel entis vel rei Et illa eſt in oĩbus rebus. Alia
eſt veritas vel affirmationis vel negationis. Et illa eſt in intellectu.
Tercia eſt veritas voluntatis. Et eſt habitus bonę voluntatis. incli/

7°

nans eam ad pnunciandū vez. Et talis veritas. eſt ꝟtus moralis. A.
veritate eñi volūtatis. hō ďr verax A Utꝝ oīs res eſt ꝟa B. Eſt Quia
oīs res. vere eſt id qď eſt. Qui eſt hō. vere hō eſt Qui aſinus eſt. vere aſi
nus eſt Ergo oīs hō. eſt verus hō Et oīs aſinus. eſt verus aſinus Et p
pter hoc. vez eſt vnū de trāſcendenlib⁹ Quia de oi re ďr A. Utꝝ oīs res
eſt ſua veritas B Eſt Nō eñi veritas accidit reb⁹ Quia lapis nō debet
accidēti. ꝗ ſit verus lapis Neqꝫ lignū debet accidēti. qď ſit vez lignum
Ergo oīs res ſeipa. vera eſt Et ꝑpter hoc. vnaqꝫ res. eſt ſua veritas A
Utꝝ veritas volūtatis. eſt ipſamet voluntas B. Nō Quia veritas vo
luntatis. eſt ꝟtus moralis Oīs āt virtus moralis. habitus eſt Habit⁹
āt. qualitas eſt. Differēs ab eo cui inheret. Nā ſicut volūtas neqꝫ eſt
iuſticia. neqꝫ fortitudo Ita etiā nō eſt veritas A. Utꝝ veritas vel affir
mationis vel negationis. eſt aliud qꝫ affirmatio vel negatio B. Nō eſt
aliud Quia tūc affirmatio nrā vera eſt. Cū affirmamus id eſſe qď eſt id
fuiſſe qď fuit id fore qď futuꝝ Oꝛ āt ⁊ affirmatio ⁊ negatio ſunt opatio
nes mentis nrē Et ſicut accidentia ei⁹. nō hñt in ſe aliqď accidēs. a ſe di
uerſum Cū accidētis nō ſit accidens Neqꝫ aliqua ratio. cogit nos ad di
cendū Ueritatē eſſe diuerſam vel ob affirmatione vel negatione. Ergo
nō eſt ɔcedendū Ueritatē differre vel ab affirmatōe vl' negatiōe Quia
nulla diuerſitas eſt ɔcedenda. ſine ratōe cogente Ueritas rurſus ⁊ falſi
tas ſunt in mente Ubi eñi vel affirmatio vel negatio Ibi ⁊ veritas ⁊ fal
ſitas In mēte āt eſt ⁊ affirmatio ⁊ negatio Ergo in mente eſt ⁊ veritas
⁊ falſitas A. Quō veritas ⁊ falſitas ſunt in voce B Ut in ſigno Quia
voces ſunt ⁊ ſigna ⁊ note nrāꝝ vel affirmationū vel negationū Iō eñi
vocib⁹ vtimur. vt ⁊ affirmatōes ⁊ negationes mētis ſignificemus. A.
Cum oīs res ſit ſua veritas Quare deus ďt de ſeipo. Ego ſum via. veri
tas. ⁊ vita B. Quia deus. neceſſario. i. qď eſt Neqꝫ vnqꝫ incepit eſſe qď
eſt Neqꝫ deſinet eſſe qď eſt Creatura āt licet ſit id qď eſt Tñ qꝛ nō ē ne-
ceſſario id qď eſt. cū poſſit deſinere eſſe Propter hoc. deus poti⁹ ďr veri-
tas. qꝫ creatura Deus eñi eſt veritas increata Creatura vero creata. A.
Utꝝ intellectus noſter. pt intelligere non ens B. Poteſt Quia poteſt
de eo aliquid vel affirmare vel negare De quo intellectu nō pt vel affir-
mare vel negare aliqd Hoc nō pt intelligere Itē De nō ente pt aliquid
ſciri Ergo nō ens pt intelligi Cū oē ſcibile ſit intelligibile Quod de nō
ente āt poſſit aliqd ſciri. patet qꝛ Ariſtoteles tradidit nobis ſcientiā ⁊ de
vacuo ⁊ infinito A Utꝝ de his q̄ nō ſunt in reꝝ natura. mens humana
pt cogitare B Poteſt Quia cum cogitat de Chimera de Tragelapho
Sphinge Cogitat de his q̄ nō ſt in reꝝ natura Cū cogitat de Pegaſo.
Cum cogitat de Hipppodib⁹ Sciopodib⁹ Monopodibus Fortaſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

ſis de non entibus cogitat A. Quo pacto cogitans de Chymera. cogi-
tat de non ente. cum cogitet de capite leonis. de vētre capri. ⁊ cauda, dra
conis. ſecūdū hunc verſiculum. Parte leo prima. media caper anguis
in ima B Cogitatio de Chymera eſt cogitatio compoſita ex multis par
tibus Quia qui cogitat de ſchymera. cogitat de animali conſtante ex ca
pite leonis. ⁊c̄. Jtaq; quamuis ſingulis partibus cogitationis de Chy-
mera aliquid cogitatur Tota tamen cogitatione. nulla res cogitatur.
Quia nulla res conſtat ex illis rebus, de quibus cogitatur dum de
Chymera cogitatut A. Utrum Chymera aliquid ſignificat B. Sig
nificat Quia ſignificat id de quo facit auditores cogitare. A. Utrum
omnis conceptus ſimplex. ſit verus B. Conceptus ſimplex eſt cogita-
tio que non conſtat ex multis cogitationibus/ Cuiuſmodi eſt cogetatio
vel albedinis vel nigredinis De albedine vel nigredine De homine vel
aſino A Quid ſignificat verum B Uerum quando ſignifitat oīe qd̄
eſt Ruia omne quod eſt. vere eſt id quod eſt Et quandoq; verū ſ̄cat e-
nunciationem veram Quandoq; ſignificat conceptum rei concepte. q̄
in rerum natura eſt. Uel cogitationem rei que in rerum natura eſt.
Qualis eſt cogitatio vel hominis vel aſini Hoc modo conceptus ſim-
plex eſt verus Hoc eſt. omni ſimplici cogitatione. cogitatur aliquid qd̄
eſt in rerum nature. Conceptus vel compoſitus vel complexus eſt. qui
pluribus conceptibus conſtat. Qualis eſt conceptus hominis haben-
tis in capite capillos flauos. Hic enim conceptus. conſtat ⁊ ex concep-
tu hominis ⁊ ex conceptu hebentis. ⁊ ex conceptu capillorum. ⁊ ex con-
ceptu flaui coloris Conceptibus ſimplicibus ſemper vel intelligimus
vel cogitamus ea que ſunt in rerum natura Hoc autem non ſemper cō
tingit conceptibus compoſitis. Nam conceptus animalis habentis
caput leonis. vētre capri. ⁊ caudam draconis Nō eſt ꝯcept⁹ alicui⁹ qd̄
eſt in rerum natura Nam licet partes illi⁹ conceptus ſint conceptus
veri Totus tamen ille conceptus fictus eſt

τελοσ.

¶ Dialogus Phyſicus interloquutores. Q. R.

q Quomodo ſe habet philoſophus ad philoſophiam.
R. Sicut Albus ad albedinē Sunt em̄ hec quattu
or noīa ꝓporcionalia. ꝓporcionalitate incontinua
Nā ſicut albus ſe hȝ ad albedinē' Ut ꝯcretū ad ab/
ſtractū Jta philoſophus ad philoſophiaȝ Q. Quid
interꝑtaꝛ ph̄us R. Amator ſapientię ὀφιλοσ em̄ amator vel ami/
cus interꝑtaꝛ. ⁊ ὁ σοφοσ ſapiens. A quo σοφια. ſapientia dr̄. Q.
Utꝝ σοφια corripit. an ꝓducit penultimā R. Corripit Ut patet in
hoc ꝟſu Martial' Cū tibi ſit ſophie par curaꝛ cura deoꝝ Sȝqm̄ a Gre
cis penultima acuiꝛ Jō nō nulli credētes eā eſſe longā. ꝓducūt in ꝟſib⁹
Q. Quid ſcat ſophiſta R. Qn̄qȝ ſapientem qn̄qȝ deceptorē. Qui em̄
prauis ⁊ captioſis argumētatōibus. hoies decipiūt Sophiſte vocanꝛ.
Sophiſta em̄ nomē mediū eſt apud Grecos Q. Quot ſunt gn̄a phi/
loſophoꝝ R. Duo Scdm̄ Diogenē Laertiū Alij em̄ Dogmatici di/
cunꝛ Alij ephectici Dogmatici dicunꝛ. q̇ de reb⁹ diſſerūt. quaſi ꝯphen/
di poſſint. Ephectici q̇ de reb⁹ diſputāt. quaſi ꝯphendi nō poſſint. Et
dicunꝛ hi ephectici. qꝛ ꝯtinent aſſenſum Nō em̄ audent alicui enūcia/
tioni aſſentire Jlli ꝟo Dogmatici. qꝛ dogmata. hoc eſt p̄cepta tradunt.
Q. Un̄ ph̄i varia noīa. ſortiti ſunt R. Alij a ciuitatib⁹ dicti vt Cyre/
naici Eleatici Alij a locis Ut Academici Stoici Alij a ꝓbra Ut Cy
nici. Alij ab elationis faſtu. Ut φιλαληθησ Elenthici Analoge/
tici Alij ab euētu. Ut peripatetici Alij a p̄ceptoribus Ut Socratici
Epicurei phatonici Alij ab his q̄ tractant vt phyſici. ⁊ ethici Dicunꝛ
em̄ Phyſici q̇ naturas reꝝ tractant Ethici q̇ mores hoīm tractant do
cētes q̇d honeſtū ⁊ q̇d inhoneſtū ſit Alij ab officio Ut Dialectici Dia
lecticoꝝ em̄ officiuȝ eſt diſputare Q. Quare q̇dam phoꝝ Stoici vocā
tur. R. Quia porticus q̇dam Athenīēſis Stoa vocabatur. Jn qua
Xenon Stoicoꝝ p̄nceps. auditores ſuos docuit Q. Quare q̇dā phoꝝ
vocati ſunt Academici R. Quia villa platonis. in qua auditores ſuos
docuit Academia vocabaꝛ Q. Quare q̇dam philoſophorū vocabāt ſe
φιλαληθειοσ. R. Quia ſe ſolos iactabant varitatis amatoresce̅. Q
Quare q̇dam vocebant ſe Elenchicos R. Quia iactabāt ſe errantium
eē redargutores ἔλεγμοσ em̄ redargutio vocatur Jnde Eleuchicus
redergutori⁹ dr̄ Q. Quare q̇dam vocabāt ſe ἀναλογιτικουσ R
Quia ſe ſolos iactabant ꝓportiones noſſe ἀναλογια em̄ propor/

-cio interpretatur Erant autem Analogetici pleni fauſtu. quia quod om-
nibus philoſophis commune eſt. ſibi vēdicabant tanq̄ꝫ peculiare Noſ
ſe enī q̄ ꝓporcionabilia ſint id eſt queadmodum proporcionem habeāt
communiter ad omnes philoſophos pertinet Q. Que ſunt proporci
onalia R. Proporcionialia ſunt quorum primum ſe ita hꝫ ad ſecun-
dum. ſicut ſecundum ad tercium Et illa dicuntur continua proporcio
nalia Uel quorum primum ita ſe habet ad ſecundum Sicut tercium
ad quartum Et illa vocantur incontinua proporcionalia Q. Da con-
tinua proporcionalia vt vnum duo quattuor octo. Da incontinua pro
porcionalia Ut quattuor octo. ſex duodecim Q. Quare quidam eo-
rum vocati ſunt peripatetici R. Quia Ariſtoteles princeps peripate-
ticorum. deambulando auditores ſuos docere ſolebat Et propter hoc
peripatetici vocati ſunt Nam περιπατεω ambulo interpretatur:
Q. Qui philoſophi vocantur. εκκλεκτικοι Ita enim Lamertius
quoſdam vocat. R Quia ex omnibus ſectis philoſophię. ea eligunt
que ipſi approbant ἐκκλεξισ enim electio dicitur Jn̄ εκκλεκτι
κοι electiui dicuntur Q. A quo philoſophi noſtri ſeculi nomina tra-
hunt R: A preceptoribus Nam Thomiſte dicuntur qui thomā A-
quinantem ſequuntur. eiuſqꝫ doctrinam amplectuntur et tuentur Al
bertiſte q̇ Albertuꝫ magnum Scotiſtę qui ſcotum Occaniſtę qui Oc
can ſequuntur Q. Cur aliqui ex his philoſophis Reales Aliqui No
minales appellantur R. Quia aliqui dicunt genera et ſpecies eſſe no-
mina Dicunt enim genus eſſe nomen generale. et magis commune.
Speciem vero nomen ſpeciale. et minus commune. Alij autem di-
cunt genus et ſpeciem eſſe res Dicunt enim genus eſſe rem magis com
munem Speciem rem minus communem. Et ideo hi reales Jlli no-
minales appellantur Q. Cur nominales moderni Reales antiqui vul
go appellantur. R Quia doctrina modernorum recentior eſt (vt ita di
cam nouior Realiuz vero vetuſtior Q. Utrum Metaphyſici ſunt phi
loſophi dicendi R. Maxime omnium Quia Metaphyſica inter oēs
ſcientias. nomen ſapiētie ſibi vēdicat Habetqꝫ ſe ad reliquas ſcientias
ſpeculatiuas Sicut ſcientia Architecti ad ſcientias miniſtrorum eius
Jgit̄ Metaphyſici maxie phi dicēdi ſunt Q. Utrꝫ mathematici phi
dicēdi ſunt R Mathematici mēſuratores ⁊ nūeratores hoc ē q̇ quāti
taties ⁊ figuras eaꝝ ⁊ nūeros ꝓportiōes ⁊ eq̄litates ⁊ ieq̄litates tractāt
ph loſophi dicendi ſunt Hūt enī certiſſimam ſcientiā Nā indubitatis
demonſtrationibus vtuntur Mathematici autem. diuinatores. qui ⁊
προγνωστικοι dicuntur ⁊ genethliaci cum ſepe fallantur. ⁊ ſepi
us falſa q̄ꝫ vera predicant. vtrum philoſophi dicendi ſint aliorum iudi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

cio relinquo. A. Cur Metaphyſici ⁊ Mathematici. non reperiuntur
in Catalogo Philoſophorum B. Quia generali noīe phyſici appellā
tur A. Diuide Philoſophiam B. Philoſophia diuitur in Phyſicā
Ethicā ⁊ Logicam. hoc eſt in naturalē moralē. ⁊ rationalem A Diuide
Phyſicam Phyſica generaliter accepta. diuiditur in Metaphyſicam
Mathematicam. ⁊ Phyſicam ſpecialiter acceptam A. Diuide Ethi-
cam B. Ethica generaliter accepta. Diuiditur in Politicam oecono-
micam. ⁊ Ethicam ſpecialiter acceptam. que Monaſtica dicitur. A.
Diuide Logicam B. Logica generaliter accepta. diuiditur in Gram-
maticam Rhetoricam. ⁊ Logicam ſpecialiter acceptam. que Dialecti-
ca dicitur A. Quid intereſt inter Metaphyſicam Mathematicam ⁊
Phyſicam. B. Metaphyſica. tractat ens inquantum ens. ⁊ docet de
omni ente. quid ſit. an ſubſtantia. an accidens. ⁊ aquo vnumquodq; ens
diuerſum ſit. ⁊ cui idem ſit Metaphyſica docet. hominem eſſe ſubſtan
tiā. ⁊ diuerſum a ſcientia ſua Scientiam autem eſſe accidens. diuerſum
ab homine. Qm̄ omne accidens a ſubſtantia cui accidit diuerſum eſt.
Jtem docet humanitatem non eſſe diuerſam ab hoīnem. ſed ad eſſe idip
ſum quod homo eſt Nulla enim ſubſtantia tota. diuerſa eſt ab eo cuiꝰ
eſt ſubſtantia Cum autem humanitas ſit tota ſubſtantia hominis. nō
poteſt eſſe diuerſa ab homine Mathematica autem. magnitudines tra
ctat. ⁊ numeros ⁊ figuras. que ſolis magnitudinibus accidunt. ⁊ pro-
portiones. proportionalitates Phyſica autem res mobiles tractat. cū
earum motibus ⁊ motoribus. A. Unde Metaphyſica trahit nomen
ſuum B. Ex prepoſitōe greca μετα. que trans ſignificat. ⁊ φυσικη
Metaphyſica enim ſuperat Phyſicam. ⁊ eam tranſcendit. Quoniam
Methaphyſica vniuerſa entia tractat. Phyſica ſola mobilia A. Un
de Mathematica trahit nomen ſuum B. μαθημα diſciplina inter
pretatur Jnde Mathematicus diſciplinaris Jnde Mathematica. diſ
ciplinaris ſcientia dicitur. A. Quas quantitates tractat Mathema-
tica B. Quantitatem continuam ⁊ diſcretam Geometria enim ⁊ A-
ſtronomia. magnitudines tractant Arithmetica ⁊ Muſica. numeros
⁊ proportiones numerorum A. Quas magnitudines tractat Geome
metria B. Lineam. ſuperficiem. ⁊ corpus. Docet enim Geometria.
Omnem figuram termino vel terminis claudi. Hoc eſt linea vel line-
is. ſuperficie vel ſuperficiebus. Docet item Figuram planam linea vel
lineis claudi. Solidam ſuperficie vel ſuperficiebus Docet primam fi-
gurarum planarum eſſe circulum eo ꝙ vnica linea claudatur Primā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

ſolidarum ſpheram Eo q̄ vnica ſuperficie clauditur Docet item pri/
mam figuram recti lineam.eſſe trigonum Hoc eſt triangulū Eo q̄ pau
ciores linee recte .q̄ȝ tres.ſuperficiem claudere non poſſunt Quemad/
modum pauciores ſuperficies plane q̄ȝ quattuor corpus claudere non
poſſunt Et ergo prima figura ſolida .planis ſuperficiebus clauſa .eſt
que quattuor ſuperficiebus clauditur Et dicitur a Mathematicis cor
pus τετρασέδρον quaſi quattuor ſedium A. Unde phyſica dici/
tur B. ηφυσισ natura interpretatur Inde phyſicus naturalis. Et
φύσικη, φὺσικησ hiſtoria vel ſcientia de naturis rerum A .Qua/
re phyſica hiſtoria dicitur B. Quia in phyſica nature rerum narran/
tur.et ergo iure hiſtoria dicitur A. Quare phyſica ſcientia dicitur. B.
Quia phyſici de rebus naturalibus ſcribunt comperta a ſe .vel ab alijs
Noticia autem compertorum .ſcientia dicitur. A. Quid Politica do
cet B. Quo pacto B. A. reſpublica adminiſtranda ſit Docet etiam de
diuerſis generibus rerum publicarum Omnis enim A. B .reſ
publica aut eſt ſub Ariſtocratia id ſub optimatum adminiſtratione.
Aut ſub Democratia .id eſt ſub populi potentia Aut ſub Olygarchia
id eſt ſub paucorum potentia Aut ſub Monarchia id ſub vnius
principis imperio et dominatu A Unde hec nomina deriuantur. B.
πολισ ciuitas dicitur Inde πολτησ ciuis politicus ciuilis
Politia ciuilitas Politice eſt ſcientia ciuilis Cratos robur vl' potentia
dicitur ἀριστοσ optimus Δεμοσ plebs Inde Ariſtocratia et de
mocratia Item ἀρχι principat⁹ dicitur ολύγος pauc⁹ μονοσ
ſolus Inde ὀλύγαρχιά et μοναρχια et μοναρχα Eſt au
tem monarcha vnicus princeps .Monarchia vero principatus eius.
A. Quis principatus dicitur gynę cocratia B: Principatus femi
ne.qualis erat principatus ſemiraminidis regine Babylonis γυναὶ
enim cuius genitiuus γύνεἰκοσ eſt femina dicitur .et continetur
ſub monarchia A. Quis principatus Hiearchia dicitur B. Sa
cer principatus ἱεροs enim ſacer interpretatur et continetur ſub mo/
narchia A. Quid Oeconomica docet B Adminiſtrare rem famili
arem et domeſticam Oecos enim domus .et monos lex. inde Oecono
mos.diſpenſator rei familiaris Et Oeconomica ſcientia eius A.
Quid Ethica tractat B Mores ſingulorum hominum.quales ſunt
fortitudo.iuſticia.liberalitas:temperantia Propterea Ethica dicitur
vel monaſtica .Quia ηθοs mos interpretatur Monos autem ſolus
dicitur. Inde monaſta ſolitarius Monaſticus ad ſolitarium ptinens

tarium ꝑtinens Q. Vñ logica dr R. Logos ratio interꝑtat vl' ſermo ꝛ ꝓpter hoc filius dei grece logos dr. quia eſt ſermo ꝛ ỽbum patris Inde logicus ad rationē vel ſermonē, ꝑtinens. Et logica ſcientia tractās de ſermone In ſermone āt debent eſſe tria Debet em̄ eſſe integer. ꝛ incorruptus. verus ꝛ non falſus. politus ꝛ ornatus. Propterea ſunt tres ꝑtes logice Grāmatica. q̄ reddit ſermonē integrum. ꝛ liberum a barbariſmo ꝛ ſoloeciſmo Dialecticis. q̄ eum verū reddit. Illa em̄ verū diſcernit a falſo Rhetorica. q̄ eum politū ꝛ ornatū reddit Q. Unde grāmatica dr R. Gramma littera interꝑtatur Inde Grāmaticus litteratus. Et grammatica litteratura Q. Unde Dialeatica dr R. λεγω Grece idem ſcat quod dico Inde lexis nomen verbale. quod dictionem ſcat Inde Διαλεγω. quod ex prepoſitione greca dia. que per iota ſcribitur. ꝛ λελω componitur. cuius vox paſſiua eſt Διαλεγομαι Inde Διαλεξισ nomen verbale quod diſputationem ſcat Inde Dialecticus diſputatorius. Et Dialectice ars diſputandi Q. Unde Rhetorica dr R. Rhetor grece dr. qui eſt peritus bene dicendi. Inde Rhetorica ars bene dicendi. Q. Quid inter Grammaticam ꝛ Rhetoricam intereſt. R. Tantum quantum inter bene loqui ꝛ benedicere. Multi enim bene loquuntur qui non bene dicuntur. Bene loqui enim eſt loqui ſecundum precepta Grammaticorum Benedicere eſt dicere ſecundum precepta Rhetorice Q. Quid intereſt inter Rhetoricam ꝛ Dialecticam R. Rhetorica perpetua oratione vtitur Dialectica vero. orationibus conciſis. Eſt enim Dialectica ars diſputandi In diſputationibus autem breuibus ꝛ conciſis orationibus vtendum eſt. Non oratione longa. ꝛ perpetua. Eſt autem oratio perpetua longa. conſtans ex ordio. narratione Diuiſione. ꝯfutatione. ꝯfirmatōe ꝛ ꝑ orōe Huiuſmodi autem oratio non Dialectici. ſed Rhetoris inſtrumentum eſt. Q. Defini Phyſicam ſpecialiter acceptam. R. Phyſica eſt que tractat res mobiles. vna cum earum motibus. ꝛ motoribus Q. Que ſunt res mobilis R. Que poſſunt generari vel corrumpi augeri vel minui. alterari vel loca ſua mutare. Cur res generabilis dr mobilis. R. Quia poteſt tranſire in rerum naturam Q. Cur res corruptibilis dicitur mobilis R. Quia poteſt auferri. ex rerum natura Q. Utrum deus eſt res mobilis. R. Non Quia neq̄ʒ poteſt incipere neq̄ʒ deſinire eſſe. cum neceſſario ſemper fuerit. ſemperq̄ʒ futurus ſit. Neq̄ʒ poteſt mutare locum. cū nullo loco circumſcribatur. Neq̄ʒ quantitatem. cum nullam habeat. Eſt enim ſpiritus. qui nulla magnitudine diſtenditur Neq̄ʒ qualitate. cum in deum nullum cadat accidens Deus enim nullam qualitatem habet ſibi inherentē Sed per ſe. hoc eſt. per ſubſtantiā ſuam talis ē qua

lem eum eſſe pronunciamus A. Diuide φυσικη iam definitam A
φυσηκη diuiditur in phyſicen vniuerſalem et particularem. Hoc eſt
generalem et ſpecialem A Que eſt phyſice generalis B Que v-
niuerſaliter de omnibus rebus mobilibus vera pronunciat A Que
eſt phyſice ſpecialis B Que de aliquibus rebus mobilibus non om
nibus. vera pronunciat. A Da exempla B Noticia harum veri
tatū. ē phyſica generalis Oē qđ mouet᷑ a mouēte mouet᷑ Oē qđ mouet᷑
alicūde mouet᷑ et aliq̄ mouet᷑. hoc eſt termino a a quo recedit. ad termi-
num ad quem accidit. Omne quod mouetur motu acquiſitiuo. ad id
mouetur quo caret Omne quod mouetur motu amiſſiuo. mouetur ab
eo quod habet Sed phyſica ſpecialis eſt noticia harum veritatum Ce-
lum mouetur circulariter. hoc eſt circa centrum mundi. Terra et aqua
mouentur deorſum hoc eſt ad centrum. Ignis et aer mouentur ſurſum
hoc eſt a centro A In quibus libris Ariſtoteles tradit phyſicen ge-
neralem B In octo libris phyſicoꝝ qui dicuntur grece libri phyſi-
ces ἀκροάσιοσ id libri natutalis auſcultationis vel de phyſico audi
tu In illis enim libris pronunciantur de rebus mobilibus ea. que vni-
uerſis communia ſunt Cuiuſmodi ſunt hec. Omne quod mouetur a
mouente mouetur Omnes motus ad terminos contrarios contrarij
ſunt. Motus enim ad albedinem. qui dealbatio dicitur: contrarius
eſt motui. ad nigredinem qui dicitur denigratio. Motus ad diſparata
diſparati ſunt vt motus ad triangularem figuram. et motus ad qua-
draugularem ſunt diſparati. Sunt enim adeo diuerſi vt non poſſint ei
dem corpori ineſſe A In quibus libris traditur phyſica ſpecialis B
In cetris libris philoſophie naturalis A Qui ſunt hi B Libri
de celo et mundo. quorum titulus indicat quid in eis tractatur Libri
de generatione et corruptione. qui tractant generationem et corruptio
nem et ceteros motus quattuor elementorum Libri meteororum qui
tractant ea que in ſublimibus gignuntur Cuiuſmodi ſunt nubes grā-
dines niues tonitrua. et fulgura. cometes. et arcus pluuius ꝛ reliqua
Dicuntur autem hec corpora meteora. hoc eſt ſublimea et. ſubleuata!
Quia meteoros ſublimis et ſubleuatus interpretatur Libri minerali-
um tractāt metalla ꝛ reliqua corpora ſubterranea. qualia ſunt ſulphur
nitrum et cetera Libri de anima tractant partes anime et eius vires Li
bri de vegetabilibus et plantis naturali ſtirpium hoc ē arborum. et her
barum tractant Libri de animalibus. tractant naturas animalium.
Libri de ſenſu et ſenſato de ſomnio et vigilia De memoria et remi-
niſcentia De longitudine et breuitate uite De vita et morte. De motu
animalium De motu cordis De reſpiratione et inſpiratione De iuuē-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

tute ⁊ ſenectute. De nutrimento ⁊ nutribili. ſunt libri ΤωΝ ΠαρλΕι-
ΠΟΜΕΝωΝ .id eſt pretermiſſorum. Jlli enim tractant que in libro de
anime pretermiſſa ſunt A Utrum celum eſt ens mobile. B Eſt
ſecundum partes. Quamuis enim vniuerſum celum non mutat locū
ſuum. Partes tamen eius loca ſua mutant. Sol enim noctu eſt in he-
miſperio inferiori. Interdiu ſuperiori. Uere eſt in ſignis vernis Aeſta
te in eſtiuis. Autumno in autumnalibus. Hyeme in hyemalibus.
Sol oriens aut occidens tranſit horizonta.hoc eſt.circulum diuiden-
tem.heinyſperium ſuperius ab inferiori. Quod ſine motu fieri non
poteſt A Utrum luna mouetur B Mouetur Luna enim inter
dum ſoli coniungitur. Interdum ei opponitur. Quod ſine eius motu
contingere non poteſt A Utrum luna eſt alterabilis B Eſt Nō
enim luna in eclipſi ſua.id eſt in defectu luminis.talis eſt qualis eſt. cū
a ſole illuminatur A Utrum ſol in eclipſi ſua alteratur B Non
Defectus enim ſolis.nihil luminis ei aufert:ſed terre lumen ſolis adi-
mit. Secus autem eſt de luna Jlla enim in defectu ſuo.lumine priua-
ta eſt Luna enim nihil luminis habet niſi quod a ſole accipit. Quem-
admodum nomen eius indicat. Dicitur enim luna q̄ꝛ luce lucet aliena.
A Utrum de rebus naturalibus eſt ſcientia. B Eſt. Quia de eis
poſſunt pronunciari aliqua neceſſario vera ⁊ illa poſſunt demonſtrare
Ergo de eis eſt ſcientia quia neceſſario vera cum demonſtrantur.effici
untur concluſiones ſyllogiſmorum demonſtratiuorum.et de quibus ē
ſcientia Nam omnis ſcientia eſt habitus .id eſt fides vel aſſenſus.con-
cluſionis per demonſtrationem acquiſitus A Quot ſunt genera vero
rum B. Duo quemdam enim ſunt neceſſario vera .et ſunt ea que veri-
tatem ſuam non poſſunt amittere Alia ſunt ꝯtingenter vera .et ſunt q̄
mutari poſſunt de veritate in falſitatem A. Utrum vtrorumqꝫ vero-
rum eſt ſcientia. B. Eſt Si ſcientia generaliter accipiatur quia non
minus ſcio me viuere.quod eſt contingenter verum.q̄ꝫ triangulum ha
bere tres angulos ęquales duobus rectis quod eſt neceſſario verum
Si autem ſcientia ſpecialiter accipiatur .pro ſcientia qua aſſentimus ꝓ
nunciatis neceſſario veris.propter demonſtrationem . negandum eſt.
contingenter verorum eſſe ſcientiam A Quare phyloſophi ita an-
guſtant nomen ſcientię vt ſolum ſignificet ſcientiam concluſionum ne
ceſſario verarum .et demonſtratarum .cum vulgus accipiat ſcientiam
generaliter pro omni noticia veritatis ſiue illa mutabilis ſit ſiue immu
tabilis B Quia ſcientia eorum que neceſſario vera ſunt durabilis ē
et ſcriptis mandari ſolet Scientia autem eorum que contingenter ve-
ra ſunt non eſt durabilis,ſed perit pereunte veritate.neqꝫ ſolent man-

dari ſcriptis .propter hoc philoſophi affirmant.tantum eorum que ne ceſſario vera ſunt .eſſe ſcientiam A. Utrum hec argumenratio demõ ſtratiua eſt an ſophiſtica . Quecumq; ſciuntur ſunt vera.cum ſcientia non ſit falſorum Res autem naturales non ſunt verę .cum non ſint ſenſa mentis .neq; enunciationes .Ergo res naturales non ſciuntur. B Sophiſtica eſt Quia in maiore per ea que ſciuntur .intelligimus enunciationes ſcitas In concluſione vero res ſcitas Et ergo non idem eſt ſubiectum maioris et predicatum concluſionis A Utrum he ar gumentationes ſunt bone .an praue. Nulla ſingularia ſciuntur.res na turales ſunt ſingulares Ergo non ſciuntur Nulla corruptibilia ſciun tur tes naturales ſunt corruptibilia Ergo non ſciuntur .Omnia que ſciuntur ſunt neceſſaria Res naturales non ſunt neceſſarie.Ergo res naturales nõ ſciunt᷑ Nulla ꝯtigẽtia ſciunt᷑ Res naturales ſunt ꝯtin gẽtes Ergo nõ ſciunt᷑ Nulla q̄ ſciunt᷑ pñt ſe aliter hrẽ q̄ꝫ nũc ſe habẽt res naturales pñt ſe aliter hrẽ q̄ꝫ nũc ſe hñt ergo nõ ſciunt᷑ B Praue ſunt Prima ideo praua eſt qr in maiore ꝑ ſingularia ĩtelligimꝰ enũciati ationes ſingulares .mutabiles de veritate in falſitatem Ille eñi non ſci untur ſcientia durabili In minore vero per ſingularia intelligimus res ſingulares. Sunt eñi omnes res naturales ſingulares quia mundꝰ ex rebus ſingularibus conſtat non vniuerſalibus.cum nulle ſint. Secun da praua eſt. Quia in maiore per corruptibilia intelligimus enũciatio nes quarꝫ veritas corrumpi nõ poteſt quia illarum tantũ eſt ſciẽtia In minore per corruptibilia intelligimus res corruptibiles Poteſt aũt de rebus corruptibilibus eſſe ſcientia ꝑ enunciationes ꝑpetue veritatis Tercia praua ē quia per neceſſaria in maiore intelligimꝰ enunciationes neceſſario veras In minore per neceſſaria intelligimus res que nõ poſ ſunt nõ eē Quarta praua ē Qr in maiore ꝑ contingentia intelligimus enũciatiões q̄ et vere poſſunt eſſe et falſe In minore ꝟo res que pñt eſſe ⁊ nõ eē Quita praua ē quia in maiore ĩtelligimꝰ ꝑ ea que pñt ſe aliter hrẽ enũciatiões mutabiles de veritate in falſitatẽ In minore ꝟo res al terabiles A Quaꝛe he argumẽtatiões ſunt ſophiſtice Nullꝰ error ē ſci ẽtia De rebꝰ naturalibꝰ ē error Ergo de rebꝰ naturalibꝰ nõ ē ſcia Nul la fides ē ſcia De rebꝰ naturalibꝰ ē fides Ergo de rebꝰ naturalibꝰ nõ ē ſcia Nulla opinio ē ſcia De rebꝰ naturalibꝰ ē opinio Ergo de rebꝰ na turalibꝰ nõ ē ſcia B Ideo ſophiſtice ſunt Qr minores ꝓpõnes harꝫ argu mẽtationũ ſunt enũciatões ꝑticulares Cõcluſiões ãt vniuerſales. Qr ſubiecta ꝯcluſionũ diſtribuũt᷑ hoc ē vniuerſalit᷑ accipiunt᷑ A Utrꝫ hec argumẽtatio ē ſophiſtica Nulla ſcia ē ſcie Phiſica ē ſcie Ergo phiſica nõ ē ſcia Maior ꝓbat᷑ Nomẽ fre ⁊ nomẽ pl'e ſunt diſparata Quorꝫ v

num vere de altero negatur. Non enim homo eſt homines. Neqꝫ ho-
mines homo ſunt. Minor probatur. Quia Phyſica. eſt multę noti-
cie multarum veritatum Phyſicarum Quarnm vnaqueqꝫ ſcientia eſt
Ergo phyſica eſt ſcientie B Si ſcientia in maiore ⁊ concluſione. i-
dem ſignificat. hoc eſt. ſi ſignificat noticiam vnius veritatis demonſtra
te. argumentatio bona eſt. Si vera ſcientia in maiore aliud ſignificat qꝫ
in concluſione. hoc eſt. ſi in maiore ſignificat vnius veritatis noticiam.
In concluſione autem multarum veritatum noticias Argumentatio
vicioſa eſt. ⁊ peccat per fallatiam equiuocationis A Utrum ſentien-
dum eſt cum Heraclito qui negauit de rebus naturalibus eſſe ſcienti-
am ideo quia corruptibiles ſunt ⁊ tranſmutabiles B Non Quia de
rebus tranſibilibus ⁊ tranſmutabilibus poteſt pronunciari verum ⁊ id
ipſum poteſt demonſtrari. Ergo de eis eſt ſcientia. Poſſumus enim de-
monſtrate elementa eſſe corruptibilia. hoc modo. Quecunqꝫ conſtant
ex materia tranſformabili. corruptibilia ſunt Cum tranſformatio ma-
terię non poſſit fieri ſine corruptione. Elementa autem ſunt huiuſmo
di. Ergo elementa ſunt corruptibilia. Nec ſentiendum eſt cum Hera-
clito. Ille enim ſibiipſi contradixit. Cum enim negaret de rebus natu-
ralibus eſſe ſcientiam. ideo quia corruptibiles ⁊ tranſmutabiles ſunt.
Affirmabat ſe ſcire res naturales eſſe tranſmutabiles ⁊ corruptibiles:
Itaqꝫ negans de eis eſſe ſcientiam. Affirmauit ſe de eis habere ſcientiã
A. Utrum ens mobile eſt ſubiectum tocius Phyſicę B Eſt A
Utrum cuilibet ſcientie eſt aliquod ſubiectum neceſſarium. B Eſt
Quia omnis ſcientia tractat aliquam vniuerſitatem ⁊ circa eam verſa
tur vt Dialectica tractat vniuerſas argumentationes. Arithmetica v-
niuerſos numeros. Geometria vniuerſas magnitudines figuratas vl'
vniuerſas figuras magnitudinum quod idem eſt. Propter hoc. neceſ-
ſarium eſt vnicuiqꝫ ſcientie. aliquod ſubiectum. id eſt aliquod nomen
communiſſimum inter omnia nomina ſignificantia ea que in ſcientia
tractantur Quot nomen ſignificet omnia principaliter in ſcientia con
ſiderata ⁊ de vniuerſis conſideratis predicetur. Non enim poſſunt de v-
niuerſis in ſcientia conſideratis vero pronunciari ⁊ demonſtrari. Si
non habeatur aliquod nomen vniuerſis conſideratis commune. A
Cur ſubiectum ſcientię vocatur terminus communiſſimus in ſcientia
conſideratus B Quia Philoſophi huius ſeculi vocant omnia no-
mina terminos. eo ꝙ nominibus terminantur enunciationes. ⁊ quia
ſubiectum ſcientię ē communiſſimuꝫ nomen inter omnia ncīa ſciētia
ꝯſiderata in ſcientia Uocaꝛ termin⁹ ꝯmuniſſim⁹ A. Cur ſubiectũ ſcię
debet eē p̄mo notũ B. qꝛ ſubiectũ ſcię ē argumētũ quo ꝓbanꝛ q̄ ad con-

ſideratio nem ſcientie pertineant ⁊ que alieno ſunt a ſcientię conſiderati-
one. Propter hoc. debet eſſe primo notum. volenti ſcientiam ad diſcere
vt poſſit ſcire. que ad ſcientię conſiderationem pertineant A Utruz
ſubiectum ſcientię poteſt tranſcendere metas ſcientię B. Non poteſt
Quia ſi ſubiectum ſcientię plura complectaretur ꝙ̄ conſiderata in ſciē-
tia. Non eſſet argumentum idoneum ad probandum. que in ſcientia
conſiderata eſſent. A Cur ens mobile eſt ſubiectum Phyſicę B.
Quia eſt communiſſimum nomen inter omnia nomia ſignificantia
conſiderata in Phyſica. non tranſcendens metas Phyſicę. Quicquid
enim in Phyſica conſideratur. Aut eſt ens mobile. Aut ad ens mobile
pertinet A Que ſunt que pertinent ad entia mobilia B Cauſę. et
principia entium mobilium ⁊ partes eorum ⁊ motus eſt ⁊ motores. a
quibus entia mobilia mouentur Propter hoc. primus motor. ad con-
ſiderationem Phyſici pertinet A Cur ens mobile eſt potius ſubiec-
tum Phyſicę ꝙ̄ corpus mobile B Quia ens mobile eſt communi-
us ꝙ̄ corpus mobile Quia omnes ſubſtantię incorporeę ſunt entia
mobilia. Preter ſolum deum. qui immobilis eſt. Item Phyſica gene-
ralis. que vniuerſaliter omnia mobilia tractat. Non ſolum pronunci-
at veritates ſuas generales de corporibus mobilibus. Sed vniuerſali-
ter de omnibus entibus mobilibus. Cum enim phyſicus dicit. Omne
quod mouetur. mouetur a termino a quo ad terminum ad quem. Nō
ſolum loquitur de corporibus mobilibus Sed etiam de ſubſtantijs in
corporijs. Si enim anima humana mouetur ab ignorantia ad ſcienti-
am. Terminus a quo mouetur. ignorantia eſt. Terminus autem ad
quem. ſcientia. Similiter ſi moueatur a vicio ad virtutem. Terminus
a quo vicium eſt. Terminus ad quem. virtus A Cur ſubiectum ſci-
entię eſt nomen communiſſimum B Quia ſicut omnis ſcientia hȝ
quaſdam euunciationes communiſſimas. quas enunciat de vniuerſis
rebus a ſe conſideratis Ita neceſſe ē omnem ſcientiam habere nomen cō-
muniſſimum omnium ſuorum conſideratorum Et hoc vocatur ſub-
iectum ſcientię A Cur omne ſubiectum ſcientię eſt vniuerſale B.
Quia omne ſubiectum ſcientię. vniuerſitatem ſignificat. Eſt enim no-
men commune omnium in ſcientia conſideratorum Ergo eſt vniuerſa-
le A Cur omnis ſcientia verſatur circa vniuerſitatem. B Quia
ſcientia neceſſariorum eſt. Non enim ſcientia eſt durabilis niſi ſit neceſ-
ſariorum. Que autem pronunciantur de vniuerſis neceſſaria ſunt Nō
que de ſingulis. Nam que de ſingulis animilibus pronunciantur. de-
ſinunt eſſe vera. cum ſingula animalibus moriuntur Sed que de vni-
uerſis pronunciantur. Semper permanent vera. Cum vniuerſa ani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

malia nunq̃ moriantur. Ut hoc pronunciatum vniuerſale Omne a-
nimal tactum habet neceſſarium eſt. Tamdiu enim erit verum q̃ diu
vniuerſitas animalium manebit Sed hoc pronunciatum. ſingulare
Joannes tactum habet non eſt neceſſarium. Nam Joanne morente.
amittit veritatem ſuam Propter hoc ſcientia vniuerſorum eſt. non ſin
gulorum. A. Si ſubiectum Phyſicę eſt nomen commune Cur Phy
ſica dicitur ſcientia realis. Dialectica rationalis. Cum vtriuſq; ſubiec-
tum ſit nomen commune. Scientia autem de nomine potius rationa-
lis dicenda eſt q̃ realis. B Cuiuſq; ſcientię ſubiectum eſt nomen.
Quia omne ſubiectum ſcientie eſt vniuerſale Uniuerſale autem cum
poſſit ſubijci vel predicari in enunciatione. ⁊ eſſe pars definitionis. no-
men eſt non res Non enim enunciatio ⁊ definitio ex rebus conſtant ſ;
ex nominibus rerum Phyſica autem dicitur realis ſcientia Quia res
conſiderate in Phyſica ſcientia. que per ſubiectum Phyſicę ſignifican
tur. Sunt res a deo vel natura. non ab anima rationali facte Dialecti
ca vero dicitur rationalis Quia res a Dialectica conſiderate. ſunt res ab
anima rationali factę. Animę enim rationalis Opifex eſt argumenta
tionum non natura A Cur omnis res eſt ſingularis. nulla vniuerſa
lis B Quia omnis res ſubſtantia vel accidens. Omnis autem ſub-
ſtantia ſingularis eſt Quia ſingule res. ſingulas ſubſtantias habent.
Non enim multe res. vnam ſubſtantiam habere poſſunt. Ita omne ac
cidens. ſingulare eſt. Non enim vnum accidens. multis rebus ineſſe po
teſt Nam ſingule albedines. ſingulis rebus albis inſunt. Singulę ni
gredines. ſingulis rebus nigris. Nec reperitur nigredo aut albedo vni-
uerſalis Non enin vniuerſę res albe. vna albedine albent. Neq; nigre
vna nigredine nigrent. Et ita de reliquis accidentibus iudicandum eſt.
Ideo omnis res ſingulares eſt. Et quoniam ſcientia vniuerſalium eſt.
Neceſſe eſt eam eſſe nominum vniuerſalium non rerum. Cum tales
nullę ſunt A Cur hec argumentatio eſt Sophiſtica. Nullum ens
mobile eſt ſubiectum Phyſicę Ergo ens mobile non eſt ſubiectũ Phy
ſicę. Antecedens probatur Quia neq; homo. neq; aſinus. neq; aliquot
ceterorum entium mobilium. eſt ſubiectum Phyſicę Conſequentia p
batur Quia arguitur a ſubalternante ad ſubalternatam. B Ideo ſo
phiſtica eſt. Quia conſequens licet videatur ſubalternatum anteceden-
te. Non tamen eſt ſubalternatum. Quia ens mobile aliud in antece-
dente ſignificat. Et aliud in conſequente In antecedente enim fit ſermo
de entibus mobilibus ſingularibus. Quorum nullum eſt ſubiectum
Phyſicę. In conſequente vero. de nomine vero vel conceptu quo aut
nominantur aut concipiuntur vniuerſa entia mobilia. Et hoc Dialec

tici his verbis dicunt. In antecedente ens mobile perſonaliter ſuppoñ
tur. In conſequente materialiter vel ſimpliciter A Quid eſt ſubiec
tum enunciationis ſupponē perſonaliter. B Eſt ſubiectum accipi
pro rebus ſignificatis per ipſum A Quid eſt ſubiectum ſuppone-
re materialiter B Eſt ſubiectum accipi pro nomine ſignificante.
A Quid eſt ſubiectum ſupponere ſimpliciter B Supponē ſim-
pliciter. eſt ſubiectum accipi pro conceptu mentis. quo res ſignificatę
per nomen concipiuntur. Vel pro natura communi. ſi ea ſit in rerum
natura. A Da exempla. B Aurum eſt in arca auari Aurum eſt
in ore auari. Aurum eſt in mente auari. In prima harum enunciatio-
num. Aurum perſonaliter ſupponit. In ſecunda. materialiter. In ter-
cia ſimpliciter A Quot intellectus habet hec enunciatio Ens mo-
bile eſt ſubiectum Phyſicę. B Quinqȝ. Primus eſt. Aliquod ſin-
gulare ens mobile eſt ſubiectum Phyſicę. Et ille falſus eſt. Alter eſt
Ens mobile vniuerſale eſt ſubiectum Phyſicę. Et ille verus eſt. Si
natura vniuerſalis eſt in rerum natura. Falſus. ſi non eſt. Tercius eſt
Ens mobile eſt commune nomen omnium conſideratorum in Phyſi
ca Ille verus eſt Quartus eſt. Cogitatus. quo mens humana de vniuer
ſis entibus mobilibus cogitat. Eſt conceptus vniuerſorum entium
mobilium. Ille verus eſt. Quintus eſt. Uniuerſitas entium mobi-
lium eſt ſubiectum conſiderationis Phyſicę. Ille etiam verus eſt. A.
Utrum hec argumentatio eſt bona Ens mobile eſt ſubiectum Phyſi-
cę generalis. que traditur in octo libris Phyſicorum Ergo non eſt ſub
iectum tocius Phyſicę que traditur in omnibus libris phyloſophie
naturalis. Conſequentia probatur. Quia vnum non poteſt eſſe ſubiec
tum tocius ⁊ partis B Hec argumentatio non eſt bona. Quia idē
poteſt eſſe ſubiectum tocius ⁊ partis. Nam ens mobile eſt ſubiectum
Phyſicę generalis. que eſt pars tocius Phyſicę. Ideo quia Phyſica
generalis. pronunciat enunciationes generales. de vniuerſis entibus
mobilibus Eſt autem ſubiectum in tota Phyſica quia Tota Phyſica
enunciationes generales ⁊ ſpeciales de entibus mobilibus pronunciat,
A Quare Ens quieſcibile non eſt ſubiectum Phyſicę. B Quia
non poteſt eſſe argumentum idoneum ad probandum aliquod ad con
ſiderationem Phyſice ſcientię pertinere. Quia Phyſica non conſide-
rat entia ideo. quieſcibilia ſunt. ſed quia mobilia. A Utrum in
Phyſica procedendum eſt a principijs cauſis ⁊ elementis. Ad ea quo-
rum ſunt principia cauſę et elementa. B Eſt. A Quare.
B Quia in omni Methodo procedendum eſt a principijs cau-

ſis ꝛ elementis ad ea quorum ſunt principia cauſe ꝛ elementa Me-
thodus enim habet terminum a quo ꝛ terminum ad quem. cum ſit q̇-
dam proceſſus. Cum autem Phyſica ſit methodus Neceſſe eſt in phy
ſica talem proceſſum eſſe. A. Quare in omni methodo neceſſe eſt eſſe ꝓ
ceſſum predictum. B. Quia in omni methodo proceditur ab ignoran
tia ad ſcientiam ſed non poteſt procedi ab ignorantia ad ſcientiam niſi
ignota probentur per nota Quod enim ipſum ignotum eſt nihil p̄t no
tum facere quia fides conſequentis gignitur ex fide antecedentis. Tunc
autem ſcire arbitramur vnumquodq̨. cum cauſas ꝛ principia eius. ꝛ e-
lementa cognoſcimus. Scire enim eſt rem per cauſam cognoſcere. A.
Quot ſunt genera ſcientiarum B. Duo. A. Que. B. Scientia quia.
Et ſcientia propter quid A. Quid eſt ſcientia quia. B. Quia ſcitur qꝛ
ita eſt ſicut per enunciationem ſcitam ſignificatur Ut ſcientia qua ſci-
tur ꝙ ſol vel luna deficit. id eſt eclipſim patitur. A. Quid eſt ſcientia ꝓ
pter q̇d B Qua ſcit̃ ꝓpter q̇d ita ē ſicut ꝑ enunciationē ſcitam ſignifi
catur vt ſcientia qua ſcitur ꝓpter quid ſol vel luna deficit A. Cuiuſmo
di ſcientia eſt Phyſica B. Scientia ꝓprer quid Et propterea neceſſe
eſt Phyſicum ſcire cauſas. principia. ꝛ elementa eorum naturalium.
Non enim poſſumus ſcire ꝓpter quod ea vera ſunt que de rebus natu
ralibus enunciantur Niſi ſciamus principia cauſas ꝛ elementa rerū
naturalium A. Quot ſunt genera pricipioꝝ. B. Duo. Quedā enim
ſunt principia rerū. Alia principia ſcientiaꝝ. A. Que ſunt principia
rerum B. Sunt cauſe reꝝ. Cuiuſmodi ſunt materia ꝛ forma A. Que
ſunt p̄cipia ſcientiaꝝ . B. Enunciationes per ſe note ꝛ indemōſtrabi-
les . Oportet enim in vnaquaq̨ ſcientia proceui ab enunciationibus.
indemonſtrabilibus. ad enunciationes demōſtarbiles Et ꝓpter hoc. ō
nis ſcia demōſtratiua. methodus d̄r. A. Da exempla de ſcia qꝛ. ꝛ ꝓpter
q̄d B Qui videt eclipſim lunę. ſcit qꝛ luna deficit q̇ āt ſcit Eclipſiȝ lunę
fieri ideo. qꝛ ſol ē in capite draconis. ꝛ luna ī cauda lˀ ecōuerſo Scit ꝓp
ter q̇d luna deficit Cū eīm ſol ē in capite draconis ꝛ luna in cauda lˀ ecō
uerſo Terra interponit̃ inter ſolē ꝛ lunā Ita vt luna ſit in vmbra terre
Et propterea neceſſe eſt tūc eſſe eclipſim lune A. Utꝝ omnis ſcia ha-
bet p̄ncipia B. Habet. A. Quare. B. Quia omnis ſcieutia pronunci-
at de ſuis ꝯſideratis aliqua ꝑ ſe nota ꝛ indemōſtrabilia. Et illa dicunt̃
p̄ncipia ſciaꝝ vt p̄ncipia Mathematice ſunt hec Oē totū eſt maiꝰ ſua
parte omnis pars eſt minor toto . Omne totum eſt equale vniuerſis
ſuis partibus Quecunq̨ occupāt ęq̄lia ſpacia ſunt ęqualia Que occu-
pant ī ęq̄lia ſpacia ſunt inęqualia A Utꝝ oīs ꝯcluſio ſcit̃ ꝑ p̄ncipia B
Scit̃. Qꝛ omne q̇d demōſtratur ꝑ principia demonſtrat̃. Cum āt ni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

hil ſciatur niſi demonſtrat. Neceſſe eſt omne qđ ſcitur per p̄ncipia ſciri
Q. Per que p̄ncipia acutius p̄ſcitur hec cōcluſio. Omne triangulum
habet tres angulos equales duobus rectis R. Per hec Primū eſt Que
eſt ꝓportio totius ad totū. Eadē eſt ꝓportio medietatis ad medietatē.
Ut que eſt proporcio octo ad nouem eadem eſt proportio quattuor ad
duo Secundū eſt Omne quadrāgulum regulare. habet quattuor an-
gulos rectos vel equales quattuor rectis Tercio omne quadrangulum
regulare. poteſt diuidi in duo triangula ęqualia ꝑ lineā diagonalē. que
ꝛ diameter dr. Quoꝝ vtꝝqꝫ habeat medietatē anguloꝝ totius quadrā
guli Quartū eſt oē triangulū. p̄t eſſe medietas alicuius quadrangeli re
gularis Quia ſi triangulo addatur triangulū ſibi equale Fiet ex eis qua
drangulū regulare Ex his principijs ſic demōſtratur concluſio p̄dicta
Oīs figura trilatera hn̄s medietatē anguloꝝ quadrāguli reguli regu-
laris hꝫ tres angulos equales duobus rectis Omne triangulū eſt eiuſ
modi Ergo triāgulū habet tres angulos equales duobus rectis. Q.
Quot ſunt quadrangula regularia R. Quattuor Q. Que R. Primū
eſt quadrangulū ęquilateꝝ ꝛ rectāgulum qđ quadratum dr Scđm
quadrangulū rectāgulū. altera pte longius Terciū Rhombus equila
terus. qui ꝛ helmuhahim dicitur. Quartum Rhombus altera pte lon
gior. q̇ ꝛ Rhomboides vel figura ſimilis holmuhahim dr Q. Utrum
eadem enūciatio p̄t eſſe p̄ncipiū demōſtrans. ꝛ ꝯcluſio demonſtrata. R.
Poteſt. Quia hec enūciatio Omne triangulū habet tres equales duo
bus rectis eſt cōcluſio demōſtrata. ꝑ ea p̄ncipia que predicta ſunt Et p̄n
cipiū demōſtrans has ꝯcluſiones Omne pentagonū habet quīqꝫ angu
los equales ſex rectis. Omne hexagonū habet ſex angulos equales oc-
to rectis Et iſtud totum veꝝ eſt de p̄ncipijs demōſtrabilibus Quia p̄n
cipiū indemōſtrabile. nō p̄t eſſe cōcluſio demōſtrata Et ſil'iter concluſio
vltima. q̄ nihil demōſtrare p̄t non p̄t eſſe p̄ncipiū Q. Quare ſcīa dr me
thodus R Quia eſt tranſitꝰ a p̄mis ꝑncipijs ad vltimas cōcluſiones
Q. Quot gn̄a Lineaꝝ rectaꝝ R. Duo Quedē ſunt linee recte equali-
ter diſtantes. ꝛ vocantur parallele Quedam ꝛ Inequaliter diſtan-
tes ꝛ vocant linee cōcurrentes Quia ſi linee inequaliter diſtantes ꝓtra
hant Neceſſe eſt eas ꝯcurrere. vel ꝯuictim ire Q. Utrum lineę curuę
poſſunt eſſe parallelę. i. eque diſtantes R. Poſſunt Quia circunferen
tie circuloꝝ ꝯcentricoꝝ ſunt linee curue Et ille ſunt eque diſtantes Er
go lineę curue pn̄t eſſe eque diſtantes R. Quotuplices ſunt circuli. R
Duplices Concentrici Ecentrici Concentrici ſunt. qui habēt idem cen-
trum Ecentri q̇ habent diuerſa tentra Q. Da principia Mathemati-
cę Primū principiū eſt Si ſuper lineas inęqualiter diſtantes cadat ali

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

equa linea recta. Duo anguli interiores ex vna pte ſunt maiores duob⁹
rectis. qꝛ ſunt obtuſi Ex altera pte. ſunt minores duob⁹ rectis. vt Secū
dū pͨcipiū eſt Si ſup duas lineas eque diſtātes cadat aliqua linea recta
Duo āguli iteriores ex vtraqꝫ pte ſt eq̄les duob⁹ rc̄is vt Terciū pͥncipiū ē
Si a duob⁹ equalib⁹ equalia demas. vel idem cōe Remanētia erūt eq̄lia
A. Quid ſciꝰ de materia B. De materia ſciꝰ. qđ eſt ens. qđ eſt ſubſtātia
qđ eſt ens in potētia. qđ eſt ſubiectū trāſmutatōis. qđ eſt ingenerabilis
ꝛ incorruptibilis qđ nō eſt expˢ forme A. Oſtende q̄ materia eſt ens B
Oīs pˢ entis eſt ens Materia eſt pˢ entis Ergo materia eſt ens Ma
ior pbaꝰ Qꝛ ens nō ꝯſtat ex nō entib⁹ Minor pbaꝰ Quia eſt pˢ ſub⸗
ſtātie ꝯpoſite q̄ eſt ens A. Oſtende materiā eſſe ſubſtātiā. B. Oīs pˢ
ſubſtātię eſt ſubſtātia Materia eſt pˢ ſubſtātię Ergo. ē ſubſtātia Ma
ior pbaꝰ Quia ſubſtātia nō ꝯſtat ex nō ſubſtātijs Minor pbaꝰ Quia
eſt pˢ ſubſtātie ꝯpoſite A. Oſtende materiā eſſe ens in potentia. B.
Quicq̄d p̄t ſuſcipere formā ſubſtātialē. eſt ens in potētia Materia eſt
huiōi Ergo materia eſt ens in potētia Maior pbaꝰ Quia ens in actu
nullā formā ſubſtātialē ſuſcipere p̄t Quāuis poſſit ſuſcipere formas ac
cidētales Minor pbaꝰ Qꝛ nulla ſubſtātia gn̄ari p̄t. niſi materia ſuſci
piat formā ſubſtātialē aliquā A. Oſtende materiā. neqꝫ poſſe gn̄ari ne
qꝫ corrūpi B. Quicq̄d gn̄atur. gn̄atur ex materia Rem em̄ gn̄ari Eſt
materiā. corrupta vna forma. aliā ſuſcipere Minor pbaꝰ Quia ſi ma⸗
teria generareꝰ Materia eſſet an̄ ſuā gn̄ationē Item Quicquid corrū
pitur in materiā ſuā corrūpiꝰ. Nō em̄ materia corrumpiꝰ in corruptio
ne reꝝ Igitur ſi materia corrumpiꝰ manebit poſt corruptōem A. Oñde
materiā eſſe ſubiectū trāſmutatōis B. Oīs res trāſformabil'. ē trāſmu
tatōis ſubiectū. qꝛ oīs trāſforatio ē trāſmutatō Matia āt ē res trāſfor
mabilis Ut experiētia docet Igiꝰ materia eſt ſubiectū trāſmutatōis A
Quot ſunt ſpēs trāmutatōis B. Due Trāſmutatio ſubſtātialis ꝛ ac⸗
cidentalis A. Quid eſt trāſmutatio ſubſtātialis B. Trāſmutatio ſub
ſtātialis eſt. cū materia amittit formā quā hꝫ. ꝛ ſuſcipit eā quā non hꝫ.
A. Quid eſt trāſmutatio accidētalis B. Qn̄ ſubiectum aliqđ amittit
formā accidētalē quā hꝫ. ꝛ acquirit eā quā non hꝫ A. Quid eſt mate⸗
ria prima B. Eſt illa pˢ ſubſtātie ꝯpoſite. q̄ ſubſtat formis ſubſtātiali
bus ꝛ accidētalib⁹ A. Quō materia pͥma cognoſcēda eſt. B. Primū a
ſubſtātia ꝯpoſita. debemus abſtrahere oēs formas accidētales mente
ꝛ cogitatione. Quo facto. nihil retinebimus niſi materiam ꝛ formam
ſubſtantialem. Deinde ſeperabimus formam ſubſtantialem a materia.
mente ꝛ cogitatione Quo facto. nihil retinebimus. niſi materiam pri⸗
mam A. Utrum hec argumentatio eſt bona. Nullum ens in poten⸗

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

tia eſt in rerum natura Materia prima eſt ens in potentia Ergo mate
ria prima nō eſt in rerum natura B. Non eſt bona Quia ens in potē-
tia aliam rationem habet in maiore Aliam in minore In maiore ſigni
ficat id quod non eſt in rerum natura ſed poteſt in rerum natura eſſe.
In minore autem ſignificat id quod poteſt ſuſcipere formam ſubſtan-
tialem quā non habet. amiſſa ea. quā habet A. Utrum hec argumenta
tio eſt bona Quicquid ſcitur. ſcitur per ſua principia. Sed materia nō
ſcitur per principia Ergo non ſcitur Maior eſt Ariſtoteles in princi-
cipio Phyſicorum Minor probatur Quia materia prima eſt ſubſtan
tia ſimplex non conſtans ex principijs B. Non eſt bona. Quia per pͥn
cipia in maiore intelliguntur principia demonſtratiua. Cuiuſmodi ſūt
principia ſcientiarum In minore vero Per principia intelligimus pͥn
cipia conſtitutiua A. Quare materia dͥ ens in pura potentia. B. Qꝛ
nulla forma ꝑtinet ad ſbām materie Quāuis eñ materia aliquā formā
habeat Tñ oēm formā hꝫ pt amittē abſqꝫ ſua ipiꝰ corruptiōe ꝓpt̄ hoc
Nlla foꝛa ad ſbm materię ꝑtinet Ex q̄ patet ꝙ aliter materia habet for
mam Aliter ſubſtātia ꝯpoſita Materia eñ formam habet tanqꝫ ſub-
iectum ⁊ receptaculum eius Subſtantia āt compoſita. tanqꝫ totū. ſuaꝫ
partem A. Utrum materia poteſt eſſe informis. id eſt ſine omni for-
ma B. Stantibus legibus. quas deus rebus creatis dedit. non poteſt
materia eſſe informis Sicut nec locus vacuus Deus eñ ſtatuit Si-
cut in loco corpus corpori. Ita in materia. forma forme ſuccedat.
rata eſſe. niſi ⁊ domus benemorate ſint ⁊ hoīes Et propterea ſcientia q̄
reddit domos benemoratas. ⁊ ſcientia que hoīes benemoratas reddit.
ſubijciuntur illi ſcientie que ciuitates benemoratas reddit. Nam bonū
quanto cōmunius eſt tanto diuinius Ideo preſtantiſſima partium ſci
entie moralis. eſt ſcientia adminiſtrande. R. P. Et quanto R. P. ma
ior tanto adminiſtratio eius melior Ex quo ſequitur digniſſimam ſciē
tiarum eſſe. que ciuitatem dei benemoratā reddit A. Utrum oīm diſci
plinarum ſit ęqualis certitudo B. Non Quia certiſſima oīm ſcientia
rum diſciplinarum eſt Mathematica Quicquid enim mathematici
ſciunt certiſſime ſciunt Et propter hoc. inter eos nulle diſſentōes ſunt
Reliquarum artium profeſſores. ſępe inter ſe diſſident Non conuenit
inter Phyſicos cur Nilus ęſtiuius menſibus redundet. non hyema-
libus Cur Euripus. ſepius ęſtuat q̄3 reliqua maria. Mathematicus
autem a Mathematico non diſſentit Sed quod vnus quilibet eoꝝ
ſentit. omnes communiter ſentiunt Inter omnes Mathematicos cō-
uenit circulu3 eſſe capatiorem q̄3 aliquam ex figuris ſibi Iſoperimetris
hoc eſt ambitu ęqualibus Nam ſi circulus triangulo aut quadrangu-
lo ęqualis fuerit ambitu. non propter hoc arguitur ei ęqualis eſſe capa
citate Ab ęqualis enim ambitus. non eſt argumentum ęqualis capaci
tatis Mathematicus ſcit certiſſime diametrum quadrati eſſe maiorē
coſta eius Quia quadratum quod fit ex ductu diametri in ſe. maius ē
q̄3 quadratum quod fit ex ductu coſte in ſe A. Quid eſt Mathemati-
co commune cum Rhetore B. Quod vterq3 eorum. fidem faciat Ideo
enim Rhetor narrat probabiliter Ideo confirmat narrata argumentis
Ut fidem auditoribus faciat Ideo Mathematicus demonſtrat vt fi
dem. A. Quid inter Mathematicam ⁊ Rhetorem intereſt B. Ma-

chematicus. fidem argumentis neceſſarijs facit. Rhetor probabilibus Argumentatur em̄ Rhetor ex coniecturis Mathematicus ſic argumentatur Angulus obtuſus eſt maior recto Quia poteſt diuidi in rectum ⁊ acutum Et propter hoc. rectus eſt pars obtuſi. Omne autem totum. ſua parte maius eſt Rhetor autem. argumentatur ideo aliquē feciſſe furtum. quia cum ei furtum obijceretur mutauit colorem vultꝰ ⁊ rubuit Propter hoc Ariſtoteles bene dicit Oꝫ eius. qui eruditor. eſt eatenus in vno genere certitudinem exigere. quatenus eam natura rei recipiat Simile quippe videtur A Mathematico inquam perſuaſionem recipere Et ab Oratore demonſtrationem requirere Ex quo ſequitur. argumenta Mathematicorum multum differre ab argumentis Rhetorum. Illi enim faciunt homines ſcire ea que demonſtrant Hi vero putare ⁊ opinari que probant Et propterea Rhetores ſepe fallunt ſuos auditores Mathematici vero nunq̄.

τελοσ

De ſacro ſanctę incarnationis miſterio adiuncta paſchę inueniendi ratione Dialogi duo

A Que ſunt ea que de miſterio incarnationis queri poſſunt B. Ea que in hoc verſu continent̄ Quis. qualis quantꝰ. quo pacto. cur. vbi. qn̄ Hoc ē. quis ſit. q̄ẕtꝰ ſit q̄ incarnatꝰ eſt A. Quis incarnatꝰ eſt B. Filiꝰ dei vnigenitus. prī ſuo ꝯſubſtātial̄ nō factꝰ nec creatꝰ. ꝑ quē oīa facta ſunt A. Qualis eſt q̄ incarnatꝰ eſt B. Oīpotens. cuiꝰ imperio oīa parēt. oīa ſciens. qnē nihil latet ſecretū. ſumma bona. q̄ tm̄ recta vult ⁊ ęqua ⁊ p̄cipit A. Quātꝰ B. Eternꝰ ⁊ immēſus A. Quo pacto B. De ſpirituſcō. ex Maria ꝟgine A. Cur B. Ut humanū genꝰ redimeret Q꞉ em̄ deꝰ amator erat hoīm. factꝰ eſt eoꝝ redemptor Nam q̄ ꝓpter hoīem celū ⁊ terrā creauit Ille vt hoīem redimeret de captiuitate diabolica dignatꝰ eſt fieri hō A. Ubi B. In vtero beatiſſime Marię ſpꝟginis A. Qn̄. B. Octauo Calendas Apriles Tūc em̄ filiꝰ dei incarnatus eſt. ⁊ humanā carnē induit Natus āt eſt ⁊ in lucē editus octauo Calendas Januarij A. Quare filiꝰ dei dr̄ ꝯſubſtātialis prī. B. Quia idipm̄ eſt qđ p̄t ꝓpterea vnā ſubſtantiā hn̄t pr̄ ⁊ filius. ⁊ ꝯſubſtātiales dicunt̄ Nā ſicut ꝯdiſcipuli dicunt̄ qui vnū mgr̄m Cōſerui. qui vnū dn̄m Colliberti. q̄ vnū patronū hn̄t. Ita res ꝯſubſtantiales dn̄r. q̄ vnā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

ſubſtantiã hñt A. Utꝝ Chriſtiani obligati ſunt credere filiũ dei eſſe cõ
ſubſtantialẽ pri B. Sunt Nam q̇d nõ credit impius eſt Qui eñi ne
gat filiũ eſſe conſubſtantialẽ patri Aut ſentit filium dei nõ eſſe deũ verꝝ
vt ſenſit Arrius quod impiũ eſt ſentire de ſaluatore hoim Quia habuit
poteſtatem dimittendi peccata.i.dimittendi penam que pro peccato ſu
mẽda eſt Sed nõ facere vt qui peccauerit non peccauerit Suſcitandi
mortuos p̄dicẽdi futura.ꝛc. Que ſunt opa ſoli⁹ dei Aut credit filiũ et
prẽm eſſe duos deos ſubſtãtijs diuerſos Qd̕ etiã impiũ ẽ Quia cultu-
ra multoꝝ deoꝝ manifeſta impietas eſt Propter hãc duplicẽ impietatẽ
vitandã Chriſtian⁹ debet credere filiũ dei eſſe verꝝ deũ ꝛ pri ꝯſubſtãtialẽ
Obligati itaqꝫ ſunt credere filiũ dei eſſe deũ nõ creaturã.genitũ nõ factũ
Propter hoc neceſſe eſt filiũ eſſe ꝯſubſtantialem pri ſuo Ex quo mani
feſtũ eſt Arrianos a pietate long aberraſſe Qui em̃ filiũ dei creaturã eſſe
affirmat longe a pietate remotus eſt A. Utꝝ hoĩes ſunt mutuo ꝯſub-
ſtantiales B. Si res ꝯſubſtãtiales dñr.q̇ hñt ſubſtãtiã ꝛ vni⁹ ſpẽi id ẽ
ſubſtãtias ſil'es Queãdmodũ res ꝯcolures dñr q̄ colores vni⁹ ſpẽi hñt
hoc eſt ſimiles colores. Fatendum eſt.hoĩes ꝛ eſſe ꝛ poſſe dici conſub-
ſtantiales Si autem res conſubſtantiales dicuntur que habent ſubſtã
tiam numero vnam. Negandum eſt aliquas res eſſe conſubſtantiales
p̄ter bñdictã trinitatem Patrem ꝛ filium.ꝛ ſpiritum ſanctum Ex quo
ſequitur. Conſubſtantiale eſſe nomen ambiguum. Aliud enim ſigni-
ficat cum de benedicta trinitate. Aliud cum de creaturis dicitur. A
Utrum pater.filius.ꝛ ſpiritus ſanctus.habent vnam ſubſtantiam.
B Habent vnam numero Pater enim eamipſam ſubſtantiam habet
quam filius ꝛ ſpiritus ſanctus A Utrum omnes homines.habẽt
vnam ſubſtantiam B. Habent.ſed vnam ſpecie Quiſqꝫ enim homo
talem ſubſtantiam habet qualem alter. Non eamipſam quam alter.
Nam omnes homines ita vnam ſubſtantia[illegible]h[illegible]t.quemadmoduꝫ
omnes corui.vnum colorem ꝛ omnia allia.vnum [illegible]em: Ex quo ſe-
quitur vnam ſubſtantiam. Aliud ſignificare [illegible]us omnes ho
mines vnam ſubſtantiam habere. Aliud cum dici[illegible]s benedictam tri
nitatem vnam ſubſtantiam habere. A Utr[illegible] pater ſic eſt conſub-
ſtantialis filio.ſicut Marcus Tulio B [illegible]on [illegible] Quare B
Quia Marcus is ipſe eſt.qui Tullius neqꝫ Marc[illegible] g[illegible]itus eſt a
Tullio.neqꝫ Tullius a Marco. Marcus enim eaip[illegible] ſubſtantia eſt
que Tullius Et eaipſa perſona. Pater aute[illegible] eaipſa ſubſtantia eſt.
que filius non eaipſa perſona. Propterea filius dei dixit Ego ꝛ pa-
ter vnũ ſumus. Dicendo em̃ Ego ꝛ pater ſignificauit ſe nõ eẽ eũ q̇ pat
Dicendo vnũ ſignificauit ſe idipm̃ eſſe qd̕ pater ẽ A. Qua p̄te ãni chri

ſtus natus eſt B. In bruma vel brumã circiter A. Quo tempore ꝯcep
tus eſt B. In ęquinoctio verno A. Quid eſt equinoctium B. Tem-
pus quo nox eſt diei ęqualis A. Quot ſunt ęquinoctia B. Duo. vernũ
⁊ autumnale A. Quando equinoctium vernum eſt B. Cum ſol intrat
Arietem A. Quãdo autumnale. B. Cum ſol intrat libram. His em̄
tꝑibus: ſol tantiſper eſt in hemiſperio ſuperiori. quantiſper inferiori.
Hoc eſt. tamdiu ſupra horizonta quãdiu infra horizonta A. Quid eſt
hemiſperium B. Eſt Dimidum ſperę Sicut hemicyclus vel ſemicir
culus. eſt dimidiũ circuli A. Quot ſunt hemiſperia B. Duo Superiꝰ
⁊ inferius A. Quid eſt hemiſperiũ ſuperius B. Ea pars celi. quã ho-
mo ſtans in loco plano. p̄t videre. A. Quid inferius. B. Quã non p̄t
videre A. Cur hõ non p̄t videre hemiſperiũ inferius B. Quia oĩs viſio
fit ꝑ lineam rectam Et qm̄ ab hemiſperio inferiori. non p̄t linea recta
duci ad oculũ Non poſſumus videre hemiſpiriũ inferius. Nec quip-
piam quod eſt in hemiſperio inferiori Ab his em̄ que ſupra horizonta
ſunt. linea recta ad oculum duci p̄t Non ab his q̃ ſunt infra horizonta
Igitur nihil quod infra horizonta eſt videri p̄t A. Utrum omnes ho
mines vbicũqꝫ terraꝝ habitant. vident idem hemiſperiũ B. Non Aliđ
em̄ hemiſperiũ vident Indi Aliud Mauri. Aliud Aegyptij. Aliud
Germani Aegyptij em̄ in hemiſperio ſuo nonnunq̃ꝫ Canopũ vident.
Qui nunq̃ꝫ Germanis conſpicuus eſt A. Utrum omnes homines vbi
cumqꝫ terrarum hibitant. eundem horizonta habent B. Non Quem
admodum em̄ homines in diuerſis regionibus habitantes diuerſa vi-
dent hemiſperia Ita ⁊ diuerſos habent horizontas A. Quid eſt ſolem
oriri B. Eſt ſolem moueri ab hemiſperio inferiori ad ſuperius. A
Quid eſt ſolem occidere B. Eſt ſolem moueri ab hemiſperio ſuperiori
ad inferius A. Utrum ſol omnibus hominiaus vno atqꝫ eodem tem-
pore oritur B. Non Quia añ oritur Indis q̃ꝫ Gaditanis Orientali-
bus em̄ ſol ante oritur ⁊ occidit q̃ꝫ occidentalibus Ex quo patet. vnum
atqꝫ idem tempus Indis eſſe diurnum Et Gaditanis eſſe nocturnuꝫ
Eadem em̄ hora eſt Indis ꝑma hora diei Que Gaditanis vndecima
vel duodecima noctꝫ Patet inſuꝑ Indis licere veſci carnibꝰ cũ nõ liceat
Gaditanis A. Quid eſt bruma. B. Bruma eſt cum dies eſt breuiſſi-
mus. ⁊ nox longiſſima A. Quid ſoliſticium B. Solſticium eſt cum
dies eſt longiſmus ⁊ nox breuiſſima A. Quid inter brumam ⁊ ſolſtici
um intereſt B. In bruma vmbre meridiane ſunt longiſſime In ſolſti-
cio breuiſſime In bruma ſol meridianus longiſſime abeſt a medio he-
miſperij. In ſolſticio ſol meridianꝰ ꝓxime accidit ab mediũ hemiſperij
Tantũ em̄ appropinquat quantũ appropinquare p̄t In bruma ſol me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

ridianus maxime obliquus eſt. qꝛ maxime a radio ꝑpendiculari diſtat In ſolſticio nimiū obliqu⁹ eſt inter omnes radios meridianos. Quia tm̄ ad ꝑpendicularē radiū appropinquat quantū appropinquare pt. Propter hoc in bruma maximū frigus eſſe ſolet Quia radius obliqu⁹ non hꝫ iam vim califactoriam quā ꝑpendicularis hꝫ aut ad ꝑpendicularem appropinquās A. Quare dies brumalis eſt breuiſſim⁹. B. Qꝛ ſol in die brumali eſt in ꝑma pte Capricorni Illa āt ps. ꝑ breuiſſimuꝫ arcū ab ortu in occaſum mouet͛ A. Cur ſolſticialis dies eſt longiſſim⁹ B. Quia ſol eo die eſt in ꝑma pte Cancri que ꝑ longiſſimū arcū ab ortu ad occaſum mouet͛ A. Quid eſt arcus B. Spaciū qd̓ ſol motu ſuo peragit Et eſt dux arcus. diurnus ⁊ nocturnus In bruma arcus diurnus nocturno breuior eſt In ſolſticio. longior In Aequinoctio arcus diurnus. nocturno ęqualis eſt A. Quid eſt arcus diurnus B. Spaciū ꝑ qd̓ ſol mouet͛ ab ortu ad occaſum ſupra horizonta A. Quid arcus nocturnus. B. Spaciū ꝑ qd̓ ſol mouet͛ ab occaſu ad ortum infra horizonta A. Utrꝫ chriſtus natus eſt interdiu an noctu B. Noctu. Eſt em̄ natus media nocte Et ꝓpter hoc canit eccleſia Dum medium ſilentiū tenerent oīa. oīpotens ſermo tuus de regalibus ſedibus venit. Hoc idem ſentit Baptiſta Mantuanus in parthenice ſua dicēs Ima caper celi. cancer ſuprema tenebat Et caput attollens ſeculi regina vetuſti Erigone. iunctoſqꝫ videns deſcendere piſces. Proſpexit teneros clementi lumine ptus Hoc eſt cum Chriſtus naſceret͛ Capricornus erat in medio ſui arcus nocturni Cancer in medio arcus ſui diurni Uirgo in ortu piſces in occaſu Hec āt contingere nō pn̄t tpe brumali niſi media nocte A. Oſtende Chriſtū natū eſſe circiter brumā B. Sicut patet ex tabulis illuſtris regis Alphonſi. Sol eo anno quo Chriſtus natus eſt ptranſierat. iiij. ſigna phyſica. xxxviij. gradus ⁊. xxi. minuta In meridie vltimi diei decembris Erat em̄ tunc ſol in. ix. gradu Capricorni Ex quo ſequit͛ Solem in natiuitate chriſti fuiſſe in. xx. g̅du capricorni Et ꝓpter hoc chriſtus citcirer brumā nat⁹ eſt A. Quantū nūc Natalis chriſti a bruma diſtat B Sol in natali chriſti eſt in tredecimo gradu Capricorni A. Cur tm̄ bruma receſſit a Natali chriſti B Quia annus nō eſt tātus quātus iudicat͛ eſſe Judicat͛ em̄ eſſe. ccc. lxv. dieꝝ ⁊. vi horaꝝ. Propter hoc quinto qꝫ anno adijcit͛ dies intercalaris ad trecentos ⁊. lxv. dies Qm̄ annus putat͛ habere trecētos. lxv. dies ⁊ quadrātē diei. hoc eſt ſex horas Que hore in. iiij. annis faciūt totū diem q̇ in Februario intercalatur. i. interijcitur inter ſextā. ⁊ ſeptimū dies Calēdaꝝ Marcij Et ꝓpter hoc ille ann⁹ biſextilis dr̄ Quia eo anno ſextū dieꝫ Calendaꝝ Marcij bis noīam⁹ Dicit͛ em̄ tam feſtū Mathię qꝫ dies ꝑ

cedens eiꝰ feſtū. ſextꝰ dies Calendaꝝ Marcij Uocat̄ āt huiōi dies in-
tercalaris Quia intercalare interijcere ẜcat Et ꝓpter hoc ꝟſus interca
laris d̄r: Quia frequēter inter alios ꝟſus interijcit̄. Cuiuſmodi eſt hic
ꝟſus in Buccolicis Ducite ab vrbe domū mea carmia. ducite daphnim
Quare annꝰ eſt maior q̄ʒ putat̄ eſſe B. Quia ſol in. ccc. lxv. diebꝰ ⁊ qua
drante. plus ꝑtranſit. q̄ʒ. xij. ſigna Quia mouet̄ in tāto tp̄e. ꝑ. xij. ſigna
⁊ ꝑ. xxvi. ſc̄da Hec āt ſc̄da faciūt brumā ſingulis ānis aliquātulū a na-
tali recedere A. Quid eſt ſc̄da. xij. B Sexageſima ꝑs minuti A Quid
minutū. B. Sexageſima ꝑs gradus A. Quid gradus B. Triceſima
ꝑs ſigni A. Quid ſignū B. Duodecima ꝑs zodiaci A. Quid zodiacꝰ
B. Circulus aialiū. Nam ὁ ʒωΔιον grece aial d̄r: Jn̄ zodiacus id ē
aialis Dicit̄ āt zodiacus circulus aialium. q̄r ſigna zodiaci noīa aialiū
ſortita ſunt A. Quid de ſolſticio ⁊ ęquinoctio ſentiendū eſt B. Receſ-
ſerūt a ſedibus ſuis quas habebāt in Calēdario Et hoc ideo contingit
q̄r annus (vt dictū eſt) nō eſt tantus. quātus iudicat̄ eſſe. A. Quid de
initio ⁊ quātitate anni ſentiendū eſt B. Annus eſt triplex Aſtronomo
rum Romanoꝝ ⁊ Judeoꝝ Annus Aſtronomoꝝ. eſt tempus quo ſol
contra motū firmamenti mouet̄ ꝑ. xij. ſigna zodiaci Et hic annus. xij.
menſibus ꝯſtat Quoꝝ tres ſunt verni. Tres ęſtiui. Tres autūnales.
Et tres hyemales Quēadmodū inter ſigna zodaici Tria ſunt verna
Tria ęſtiua. ⁊c̄ Hic āt annus incipit ab ęquinoctio verno ⁊ in idē deſi
nit Annus Judeoꝝ Eſt tēpus incipiens a p̄mo menſe lunari tocius ā
ni Js annꝰ q̄nq̄ʒ. xij. menſibus lunaribus Q̄nq̄ʒ. xiij. ꝯſtat Ex quo ſe-
quit̄ Non oēs annos Judeoꝝ eſſe inter ſe ęquales A. Quis eſt p̄mus
mēſiū lunariū in anno Judeoꝝ Et q̄d ꝑ ꝑmū menſem intelligimꝰ Ex-
odi. xiij. capittulo vbi ſcriptū eſt Primo menſe. xiiij. die menſis. ad veſ
perā comedetis azyma vſq̄ʒ ad. xxi. eiuſdem mēſis B. Per primū men-
ſem intelligemus p̄mū mēſem lunarē anni Judeoꝝ Habet āt oīs men
ſis lunaris diē ꝯiunctōes luminariū. ⁊ diem oppoſitōis eorundē. Et
itaq̄ʒ p̄mꝰ mēſis lunaris cuius ꝯiunctio vel oppoſitio. eſt vicinior. ęq̄-
noctio verno. q̄ʒ ꝯiūctio vel oppoſitio mēſis p̄cedentis vel ſequentis A
Quid ꝑ Calendas ⁊ neomeniā intelligemꝰ Eſaie p̄mo vbi ſcriptū eſt.
Neomeniā ⁊ ſabbatū. ⁊ ſolemnitates alias nō ferā Jniqui ſunt cetus
veſtri, Calēdas vr̄ās ⁊ ſolemnitates vr̄ās odiuit aīa mea B. Per Neo
meniā ⁊ Calēdas. intelligimꝰ p̄mā lunā Hoc eſt p̄mū diē menſis luna
ris. q̄ eſt dies ꝯiunctionis luminariū Aut feſtū. quod p̄ma luna Judei
celebrabant Quia neomenia noua luna interpretat̄ ΝΕΟϹ em̄ nouꝰ d̄r
ΜΗΝΗ luna A. Que eſt quātitas mēſis lunaris ſc̄dm Judeos. B.
Mēſis lunaris habʒ. iiij. ſeptimanas. ⁊ vnū diē Hoc eſt ſc̄ds. xij. ho-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

ras ⁊ ſeptingenta nonaginta tria elochim Et ſignificat huiõi quantu-
tas menſis ꝑ has duas dictiones ꝯiunge mea Nã coniunge ſcat.d.cc.
xciij.elochim ꝑ capita ſuaꝝ ſyllabaꝝ Me ſt.xij.horas A ſignificat v-
nũ diem ſupra.iiij.ſeptimanas A.Quid eſt elochim B.Milleſima.
lxxx.pars hore Verſus

Horam partitur Iudeus in octuaginta
Et partes mille.elochim quas nuncupat ille

A.Quid eſt annus Romanoꝝ B.Qui ꝯſtat.xij.mẽſib⁹ Calẽdarij ⁊
incipit a Januario Et diuidit in annũ cõem ⁊ biſextilẽ Cõis hꝫ.ccc.lxv
dies B.ſextilis.ccc.lxvi.A.Quid ꝑ Calẽdas nonas ⁊ Idus anni Ro
manoꝝ intelligim⁹ B.Per Calendas intelligim⁹.ꝑmũ diem menſis
Calendarij Per nonas quintũ vel ſeptimũ In mẽſib⁹ eñ qui.iiij.ha
bent nonas.quī nt⁹ dies.none dꝛ Qui ꝟo ſex nonas hꝫ Septimus di-
ẽs none dꝛ Per Idus intelligim⁹.xiij diẽ in mẽſibus q̃ hñt.iiij.nonas
aut.xv.in mẽſibus.vi.nonas hñtibus Qui ãt menſes.vi.nonas habe-
ant.qui quattuor.patet in verſibus ſequentibus.

Sex maius nonas october iulius ⁊ mars
Quatuor ⁊ reliqui.tenet idus quilibet octo.

A.Utrꝫ annus biſextilis.eſt ver⁹ annus an cõis B.Neuter Cõis eñ
annus minor eſt ꝟo anno Quia.ccc.lxv.dieb⁹ ſol nõ p̄t totã zodiacum
pertranſire Biſextilis vero maior Quia ſol in.ccc.lxvi.diebus plus per
tranſit q̃z.xij.ſigna A.Utrum.iiij.anni Romanorum.quorum vnus
biſextilis eſt ⁊ tres communes.ſunt ęquales.iiij.veris annis B.Non
ſed ſunt maiores Quia ſol in.iiij.annis Romanorum.quater pertran
ſit zodiacum.⁊ preterea pertranſit.i.minutum ⁊.xlv.ſecunda. Et tan-
to tempore quo.i.minutum ⁊.xlv.ſecunda pertranſeuntur.Quattuor
anni Romanorum.ſuperant.iiij.veros annos.que ſuperacio fecit bru
mam ⁊ reliquos cardines anni.recedere a ſuis ſedibus A.Quid per o-
lympiadem in ſcriptis hiſtoricorum intelligemus. B.Spacium.iiij.
annorum Quia olympas.iiij.annis conſtat. Nam greci tempora ſua
computant ab olympadibus Scribentes quota olympiade quicquid
geſtum ſit Scribunt enim quedam geſta eſſe decima olympiade Que-
dam centeſima.⁊ cetera. Et eorum que centeſima olympiade geſta ſunt
Quedam ſcribuntur geſta primo anno centeſime olympiadis. Que-
dam.ij.Quedam.iij.Quedam.iiij.Ex quo ſequitur Ea que ante olym
piadem primam geſta ſunt.Ignorari a Grecis quo tempore geſta ſunt.
Iudei autem tempora cõputant a mũdo condito B.Romani ab vrbe
ꝯdita Chriſtiani.a natali chriſti A.Quo pacto inuen.ẽdũ eſt interuallũ
hoc eſt ſpaciũ t̄pis.qḋ intercedit inter natalẽ chriſti ⁊ dñcã q̃ q̃nquage

geſima appellatur. vel dominica Eſto mihi B. Facile inuenit. cognito quo die cuiꝰ mēſis paſcha celebrandū ſit Diſtat em̄ paſcha a quinqua-geſima hebdomatibꝰ Itaq; inuento die paſche. facillime quinquageſi-ma inueniri poterit Qua inuenta. facile inuenit quantū tꝑis inter na-talem chriſti ⁊ quinquageſimā interſit Hoc āt tēpus interuallū dr.

De inuentione paſche.

A Quo pacto inueniendū eſt paſcha B. Inueniendꝰ eſt in Calēdario mēſis paſchalis. q̇ ⁊ ꝑmus menſis dr Quo inuēto. dies dn̄ica. ſequēs. xiiij. lunā eiuſdem mēſis. eſt dies paſchalis Hoc em̄ die Victor ſummꝰ pontifex paſcha celebrari inſtituit Nā paſcha. nunq̄ celebrat a Chriſtianis. xiiij. luna ꝑma menſis. ne videant iudaizare Sz dn̄ica die ſequēte lunā. xiiij. Hoc eſt Aut luna. xv. Aut. xvi. Aut. xvij. Aut. xviij. Aut. xix. Aut. xx. Aut. xxi. A. Quo pacto mēſis paſchalis in Calēdario inuendus eſt B. Querendus eſt aureus numerus anni. cuiꝰ paſcha inueniri volumꝰ a nonis marcij hoc eſt a ſeptima die Marcij vſq; ad octauū diē Iduum apriliū Inter quos dies. ſunt. xix. aurei numeri Quoꝝ ꝑmꝰ eſt. xvi. Ultimus. xviij. Ille āt dies. cui aureus numerus aſſcriptus. eſt initiū mēſis paſchalis ⁊ dr ꝑma luna ꝑmi mē-ſis Decimus quartꝰ āt dies. a die cui aureꝰ numerꝰ eſt aſſcriptꝰ Vocat decima quarta luna. Qua inuenta. dies dn̄icus eā ſequēs. eſt dies paſ-che A. Da exemplū B. Cū aureꝰ numerꝰ ē duo feſtū Gregorij pape ē ꝑma luna Et dies annūciatōis glorioſe marie ꝟgīs. eſt luna decimaquarta Et ſi eodem anno g eſt lrā dn̄icalis Feſtū paſche cadit in Calendas. i. in ꝑmū diē Aprilis Quotienſcūq; em̄. luna decima quarta eſt dies dn̄i-cus Neceſſe eſt paſcha celebrari luna viceſima ꝑma Hoc eſt. die dn̄ico ſequēte lunā decimāquartā Cū nunq̄ luna. xiiij. paſcha celebretur. A. Qn̄ interuallū eſt breuiſſimū B. Cū aureꝰ nūerꝰ eſt. xvi. ⁊ d lrā dn̄ical' Tūc em̄ dies feſtus bn̄dicti. eſt luna. xiiij. Et dies ſequens. q2 dn̄icus ē eſt dies paſche Et ꝓpter hoc dies ꝓximꝰ feſto bn̄dicti vocat ꝑmū paſ-cha A. Qn̄ interuallū eſt longiſſimū B. Cū aureꝰ nūerꝰ eſt. viij. Et. c. lrā dn̄icalis Tūc em̄ paſcha cadat in diē feſtū Marcij Euāgeliſte. Et ꝓpter hoc ille dies vocat vltimū paſcha A. Vn̄ oriunt diſſentōes de paſcha B Ex duobꝰ equinoctio ⁊ luna. xiiij. Eſt em̄ duplex luna. xiiij Altera Calēdarij Altera celi luna. xiiij. calēdarij Eſt. xiiij. dies a die cui aurīꝰ nūerꝰ aſſcriptꝰ ē Luna. xiiij. celi. ē. xiiij. dies a die ꝯiūctōis Cū āt di

es dñicus.intercidit inter lunã.xiiij.celi ⁊ Calẽdarij Diſſenſiões ſunt
de celebratõe paſche Tũc em̃ q̃dam ſentiũt paſcha celebrandũ dñica die
poſt.xiiij.lunã celi Alij poſt.xiiij.lunã Calẽdarij Et hũc ritũ ſeruat ec-
cleſia Diſtat ãt.xiiij.luna celi a.xiiij.luna Calẽdarij Q2.xiiij.Calẽdarij
eſt.xviij.celi Queãdmodũ luna ꝑma Calẽdarij eſt.quīta celi A.Quo
pacto diſſenſio de celebratõe paſche oritur ex ęquinoctio B.Q2 duplex
eſt equinoctiũ vernũ Unũ Calẽdarij qđ eſt in feſto bñdicti Aliud celi
qđ eſt in feſto gregorij.vł paulo añ Tũc em̃ ſol tãto tpe eſt ſupra hori-
zonta in die.q̃to infra innocte Necc̃e eſt ⁊ ꝑmũ mẽſem eſſe duplicem.
Unũ Calẽdarij q̃ vt dictũ eſt exaureo nũero inuenit᷑ Alter᷑ celi.cui⁹ cõ
iũctio vel oppoſitio.ꝟo ęq̃noctio eſt vicinior Cõtingit ãt paſcha q̃nq3 ce
lebrari ſcđo mẽſe celi quãuis celebret᷑ ꝑmo mẽſe Calẽdarij Et hoc ter in
cyclo lunari Hoc eſt in.xix.annis.ↄtingit Cũ em̃ aure⁹ nũer⁹ eſt.xi.aut
xix.⁊.viij paſcha celebrat᷑ ſcđo mẽſe lunari celi quãuis celebret᷑ ꝑmo mẽ
ſe lunari Calẽdarij Ex quo ſequit᷑.ꝙ paſcha ſi ꝑmo mẽſe lunari celebrã
dũ eſt.q̃ reuera ꝑm⁹ eſt Tribus ãnis ſupra dictis.toto mẽſe ſerius cele
brat᷑ q̃3 celebrari debet Et talis error venit ex receſſu ęq̃noctij verni a ſua
ſede A. Utr᷑ fili⁹ dei q̃ ꝓ nobis hõ fact⁹ eſt.eſt oīpotens B. Eſt Q2 em̃
de⁹ eſt. Necc̃e eſt eũ eſſe oīpotentẽ Nõ em̃ p̄t eſſe ꝙ de⁹ nõ ſit oīpotẽs A
Utr᷑ Plini⁹ bñ ſenſit de deo in hyſtoria naturali ita de eo ſcribẽs Imꝑ
fecte ꝟo in hoīe nature p̄cipua ſolatia ſunt Ne deũ q̃dẽ poſſe oīa Nã
nec ſibi p̄t mortẽ ↄſciſcẽ ſi velit qđ hoī dedit optimũ in tãtis vite penis
Nec mortales ęternitate donare aut reuocare defunctos.nec facere vt
bis dena viginti nõ ſint.vt q̃ vixit nõ vixerit.q̃ honores geſſit.nõ geſſe-
rit Nullũq3 habere in p̄terita ius.p̄terq3 obliuionis B. Nõ recte ſen-
ſit de deo Nã ſicut de⁹ đr oīa ſcire.q2 oīa ſcit q̃ ſciri pñt. Non em̃ deus
ſcit hoīem eſſe aſinũ Aut diametr᷑ quadrãti eſſe ↄmenſurabilã coſtę e-
iuſdẽ. Ita de⁹ đr oīa poſſe Q2 oīa p̄t facẽ q̃ fieri pñt Nõ em̃ p̄t fieri vt
de⁹ ſibi mortẽ ↄſciſcat Igit᷑ nõ negãdus eſſe oīpotens.ꝑpterea q2 id fa
cere nõ p̄t A. Utr᷑ de⁹ p̄t mortales ęternitate donare B. Poteſt Q2 in
futuro ſcło donabit mortales ęternitate Falſum itaq3 eſt Deũ nõ poſſe
mortales ęternitate donare A. Utr᷑ de⁹ p̄t reuocare defunctos B. Po
teſt Q2 Chriſt⁹ fili⁹ dei.de⁹ ⁊ hõ.defunctos iuſſu ſuo ad vitã reuocauit.
A. Utr᷑ p̄t fieri vt is q̃ vixit nõ vixerit B. Nõ p̄t Q2 facta nõ pñt fie
ri infecta A. Utr᷑ Plinius in ꝑ̃ncipio naturalis hiſtorię.bñ ſenſit de
mũdo dicẽs Mũdũ.⁊ hoc qđ alionoīe celũ appellari libuit cui⁹ circũ-
flexu tegũt᷑ cuncta numẽ eſſe credi pareſt.eternũ.immẽſum.neq3 geni-
tũ.neq3 interitur᷑ vnq̃3 B. Nõ Si numinis appellatõe.de⁹ ſignificet᷑
Q2 mũd⁹ cũ ſit opus dei De⁹ em̃ eſt fabribator mũdi Numẽ dici nõ po

teſt Non em̄ par eſt. id eſt equum Opus dei quod ex nihilo factum eſt
et in nihilum redigi poteſt credi deum eſſe Sicut neq; par eſt credi Teſ
tam eſſe figulum Aut ſtatuā ſtatuarium A Quid Plinius de ſole pro
nunciat. B. Sol medius ſiderum errantium fertur ampliſſima mag-
nitudine ac poteſtate. Nec temporum modo terrarumq;. ſed ſiderū eti
am ipſorum, celiq; rector. Hunc mundi eſſe totius annū ac plani⁹ mē
tem Hunc principale nature regimē. ac numē credere decet opa eius eſ
timātes Hic lucē reb⁹ miſtrat. aufertq; tenebras Hic reliqua ſidera
occultat Hic vices temporū. annūq; ſemꝑ renaſcentē ex vſu nature tē-
perat Hic coeli triſticiam diſcutit Atq; etiā nubula humani animi ſere
nat Hic ſuum lumē ceteris quoq; ſiderib⁹ foenerat preclar⁹. exim⁹. oīa
intuens Oīa etiā exaudiēs. vt pricipi litteraꝝ Homero placuiſſe in co
vno video A. Utrū hec omnia pronunciata credenda ſunt B. Que ve
ra ſunt credenda ſunt Que aūt falſa et impietatem ſapiunt refellenda
A Quātus ē q pro nobis carnē induit B Eternus. Nō em̄ deus inci
pit eē Cū neq; ſeipſum effecerit Ut non nulli impij ſenſerunt Nihil e
nim ſeipſum efficere poteſt Cum nihil ſeipſo antiqui⁹ ſit Neq; ab alio
effectus eſt Omnis em̄ opifex. operi ſuo antiquior eſt Deo aūt vt tha-
les Mileſius dixit nihil antiquius ē A. Que ſunt ſentētię. Thaletis
Mileſij. B. Thales Mileſi⁹ interrogat⁹ quid antiquiſſimum Deus
inquit, Ingenitus enim eſt Quid maximum et capaciſſimum Lo-
cus inquit. Mundus em̄ reliqua omnia continet Locus autem mun
dum A. Quid pulcherrimum. Mundus inquit Opus eſt. pulcher
rimi opificis A. Quid vtiliſſimum Uirtus inquit Hec enim omnes
res. quibus recte vtitur. facit vtiles A. Quid pernicioſiſſimū peccatū
inquit Hoc enim ei cui adeſt plurimum iacture affert Quid fortiſſimū
B. Neceſſitas inquit Hec em̄ inſuperabilis eſt A. Utrum antiquiſſ
imum eorum omnium que ſunt eſt deus B. Eſt propter hoc enim Al
pha a et o O dicitur: hoc eſt principium et finis Nam ſi aliquid eſſet
antiquius deo Non poſſit iure alpha dici Nec poſſet o dici Si quip
piam eſſet diuturnius futurum q̄ deus A. Utrum deus eſt infinitus
B. eſt duratione infinitus Semꝑ em̄ fuit ſemꝑq; erit Eſt ꝛ ꝟtute in
finitus Q: omnipotēs A. Utrum deus eſt immēſus. B eſt. A Qua
re B Q: ęternus ē Aeternitas aūt immēſa ē. Nullū em̄ tēpus ē quan
tūlibet magnū. ęternitatē metiri pt A. Quid ē metiri quātitatē B Eſt
ſcire q̄tiēs quātitas mior nota hoib⁹ ꝯtinet in quātitate maiori Ut me
tiri lōgitudinē aliquā Eſt ſcire q̄tiēs lōgitudo pedalis in ea ꝯtinet A
Cur nullū tēpus pt metiri ęternitatē B Q: nēo ſcire pt. q̄tiēs tēp⁹ ali
qd in ęternitate ꝯtineat Q: nullū tēpus quātūuis magnū Eſt ꝑs aliq

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

ta eternitatis A. Que ps vocat aliquota B. De qua interrogati. reſpō
dere poſſum⁹. quota ps ſit Ut interrogati quota ps nūeri ſenarij ſit bi
narius Reſpōdere poſſum⁹ Binariū eſſe terciā partē ſenarij Et pp̄ter
hoc. binarius eſt ps aliquota ſenarij. A. Utꝝ mille milia annoꝝ ſunt
ps aliquota eternitatis B. Non ſunt Quia nemo dicere pt̄. Quota
ps eternitatis ſunt mille milia annoꝝ Et ita de reliq̄s tp̄ibus ſentien-
dū Patet itaqꝫ eternitatē eſſe immenſam Quia nullo annoꝝ numero.
eam metiri poſſumus A. Utꝝ pena mille miliū annoꝝ ſit ps aliquota
eterni ſupplicij. quod ab impijs apud inferos ſumendū eſt B Nō Qꝛ
ſicut nullū tempus finitū Et ps aliquota eternitatis infinite Ita ni-
hil quod quod finito tp̄e menſurat̄ Siue ſit gaudiū Siue ſupplicium
Eſt ps aliquota illius qd̄ eternitate menſurat̄ Fugiendū itaqꝫ eſt mor
tale pctm̄ tanta cura. quāta nulliū aliud malū Qm̄ hoiem debitorem e-
terne bene facit Impij em̄ apud inferos ſp̄ pctōres ſuoꝝ penas ſoluent
Nunq̄ʒ āt p̄ſoluent Quia nunq̄ʒ nouiſſimū quadrantē daturi ſunt A
Utꝝ finiti ad infinitū ſit aliqua p̄porcio B. Sicut infiniti ad finitū
non eſt p̄porcio aliqua. ex quinqꝫ gn̄ibus p̄porcionum Multiplex in
quā ſuppticularis. ſuppꝑtiēs Multiplex ſupparticul'is Multiplex ſup
pertiens Ita neqꝫ finiti ad infinitū eſt aliqua proporcio. ex his gn̄ib⁹.
que ſunt inter quātitates maiores ꝛ minores Et vocant̄ ſubmultiplex
ſub ſupparticularis Subſuppertiens ſubmultiplex ſupperticularis
A. Quā p̄porcionem habet ps aliquota ad ſuū totū. B. Submulti-
plicē Oīs em̄ ps aliquota Aut eſt dimidiū toci⁹ hoc eſt altera ps Aut
tercia Aut quarta Qꝛ ſi vis in toto ꝯtinet̄. eſt dimidiū Si ter eſt tercia
ps Si quater. ē quarta ps. ꝛc̄. Patet itaqꝫ nullū tēp⁹ eſſe ptē aliquotā
eternitatis Qꝛ neqꝫ dimidiū eſt. Neqꝫ tercia ps. Neqꝫ quarta

De Chriſtianiſſimo ſaluatoris natali Dialog⁹ ſcdꝯ

A Qua pte āni chriſt⁹ nat⁹ eſt. B. Hyeme Qꝛ nat⁹ eſt
poſt brumā A. Quo mēſe B. Mēſe decēbri A. Quo
die B. Octo calēdas Januarij A. Qua pte āni chri
ſt⁹ ꝯcept⁹ ē B. Uere Fuit em̄ ꝯcept⁹ circit̄ eqnoctiū
vernū Nat⁹ circiter brumam A. Quo tempore v̄bū
dei eſt factū caro B. Tp̄e conceptionis Conceptio enim filij dei fuit e-
ius incarnatio. Quia eodem puncto temporis eſt conceptus. et homo
factus. A. Utrum Chriſtus in natiuitate ſua eſt factus homo.
B. Non. Sed tunc prodijt in lucem ex clauſis viſce-

ribus parentis eius Marie ſemper virginis A Quo pacto id factum
eſt B. Juſſu oīpotētis dei. q̇ oīa quecūqꝫ voluit fecit. Nā ſicut Chriſtꝰ
exiuit ex monumento irrecluſo cum reſurgeret Jta cum naſceretur pro
dijt in lucem ex clauſo vtero A Quanto tempore Chriſtus fuit in vte-
ro benedicte matris ſuę B Nouenis menſibus Fuit enim. in vtero ma
tris tribus anni partibus Uerę eſtate Et autumno Qui nouenis mē
ſibus conſtāt A. Unde mater dei concepit Chriſtum B. de ſpiritu ſan
cto Et ergo fuit virgo tam in conceptu q̄ꝫ in partu A. Quot ſunt par
tes anni B. Quattuor A Que B. Uer eſtas. autumnus. hyems. A.
Unde incipit ver B. Ab equinoctio verno A. Unde ęſtas. B. A. ſol
ſticio A. Unde autumnus B Ab equinoctio autūnali A Uñ hyems
B. A bruma A Quare Natalis Chriſti vocaꝛ diecula a beato Grego
rio B. Quia dies brumalis breuiſſimus eſt inter omnes dies anni Die
cula autem. paruam diem ſignificat. cum ſit diminutiuum. A. Quan
do bruma eſt. B. Cum ſol intrat capricornum vel cum dies eſt breuiſſi
mus. et nox longiſſima. A Quando ęquinoctium vernū eſt B Cuꝫ ſol
intrat Arietem A Quando ſolſticium B.. Cum ſol intrat Cancrum
A Quando equinoxium autumnale B Cuꝫ ſol intrat libraꝫ A Quot
ſunt genera ſignorum zodiaci B. Quattuor: Quedam enim ſunt ſig-
na verna. Quedam ęſtiua Quedam autumnalia Quedam hyemalia.
Signa verna ſunt Aries taurus gemini Aeſtiua cancer. leo. virgo.
Autūnalia libra. ſcorpio ſagittariꝰ. Hiemalia. capricornꝰ aq̄rij. piſcis
A. Que ſunt ſigna borealia. que auſtralia B Signa verna et eſtiua bo
realea ſunt vel ſeptētrionalia Signa aūt autumnalia et hyemalia. Au
ſtralia ſunt vel meridiana. A. Quot ſunt genera menſium B. Quattu
or Sūt em̄ menſes ſolares. lunares et calendarij. et vulgares A Quid
eſt menſis ſolaris B. Eſt tempus quo ſol tranſit curſum ſuū per aliq̄d
zodiaci A. Quid eſt menſis lunaris B Tempus quo intrauerint in-
ter duas cōiunctiones lumiariuꝫ hoc eſt ſolis et lune. A. Uter horum
menſiū maior B. ſolares. quia duodecim menſes ſolares faciunt annū
Duodecim aūt lunares nō faciūt annū. Niſi eis addanꝛ xi. dies Ex q̄
ſequiꝛ. xij. mēſes ſolares. ſupare. xij. lunares. numero. xi. dieꝝ Quid eſt
menſis calendarij B. mēſis Romanoꝝ. incipiens a Calēdis A Quid
eſt menſis B Tempus. iiij hebdomadaꝝ A Utrum potuit fieri vt fi
lius dei ederetur in lucem ex viſceribus clauſis matris ſuę B Potuit
A Quare B. Quia factū ē Qd̄ autē factum ē fieri potuit Queādmo
dū id qd̄ fit: fieri p̄t Et id qd̄ fiet fieri poterit A Quō id factū ē Juſſu
dei factū eſt vt corpꝰ Chriſti penetraret clauſuꝫ vteꝝ Marie v̄ginis bꝛe
ate A Utꝝ p̄t fieri vt duo corpora mutuo ſe penetrarēt, neutro eoꝝ alte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

ri cedente B. Poteſt iuſſu dei. A. Utrꝝ pt fieri ſcdm naturā vt vnum
corpus alterū penetret B. Non cum corpus quod penetrat. cedit cor
pori penetrāti Et hoc mō celū penetrare dr tabulā A. Utrū pt fieri vt
duo corpa ſint in vno loco B. Poteſt Cum em̄ aliqd corpus alterꝝ pe
netrat Neceſſe eſt corpus qd penetrat. ⁊ corpus qd penetrat in vno lo
co eſſe B. Cur phi negant penetrationē corporꝝ fieri poſſe B. Phi ea
affirmāt. que erant experti Et qr nō erant experti. aliquod corpus alte-
rū penetrare putabant id nō poſſe fieri A. Cur negabant duo corpora
poſſe eſſe in vno loco B. Quia id nemini eorꝝ compertū erat A. Utrꝝ
oīs menſis hꝫ Calendas Nonas Et idus B. Non Solus em̄ mēſis
Romanorꝝ Calendas. Nonas Et idus hꝫ. Mēſis āt lunaris. Qui
hebreorꝝ menſis eſt Tm̄ Calendas hꝫ A. Quotus dies mēſis lunaris
appellatōem Calendarꝝ tenet B. Primus Is em̄ Neomenia vel Ca-
lende appellat A. Que dr Neomenia B. ὁ ΝΕΟ novus dr ΜΗΝΗ
luna Inde Neomenia noua luna interpretat A. Quis vocat primū
diem mēſis Neomeniā B. Dauid propheta cū dt Buccinate in Neo
minia tuba. in inſigni die ſolemnitatis vrē A. Quis pmum diem mē-
ſis vocat Calendas B. Eſaias cum dt Calendas ⁊ ſolemnitates veſ-
tras nolo A. Quid intereſt inter Calendas hebreorꝝ ⁊ Romanorꝝ B.
Calende Romanorꝝ fixe ſunt Hebreorꝝ mobiles. Non em̄ ꝯiunciōes
luminarꝝ futuro anno in eūndē diem cadent. in quē hoc anno ceciderīt
A. Quotus dies menſis romani Calendarum appellationeꝫ habet B
Primus A. Quotus nonarꝝ B. Si mēſis habet quattuor nonas qn
tus dies none appellatur Si ſex ſeptimū diem. nonas appellabimus.
A. Quotus dies mēſis Idus appellat B. Cū qntus dies menſis. no
narꝝ appellationem habet Neceſſe eſt xiij. diem. idus appellari: Quo-
niam oīs menſis. octo idus hꝫ Cum autem ſeptimꝰ none vocat. Item
dies. iduū appellatōem ſortit A. Quo die dr id fieri qd fit die pceden-
te Calendas vel nonas vl Idus B. Dicit fieri pridie calendas nonas
vel idus. ⁊ non ſcdo calendas ⁊c. Quia ſcds a ſequor venit ppterea nō
ſcat id quod pcedit. ſꝫ qd ſequitur Terciꝰ autem ⁊ quartus. pn̄t id ſig
nificare qd pcedit Et ppterea id qd fit. tercio Calendas. fit die pceden
te Calendas. ⁊ nō ſequēte A. Qui menſes. iiij. nonas hn̄t. ⁊ qui. vi. B
Verſus ſequentes. eos indicabunt Sex maius nonas: october: Juliꝰ
⁊ mars Quattuor ⁊ reliqui. tenet idus quilibet octo A. Quot menſibꝰ
ꝯſtāt annus Hebreorꝝ B. Annꝰ cōīs. xij. mēſibꝰ luminaribus conſtat
Emboliſmalis. xiij. A. Quis annus emboliſmalis eſt B. In quo. xiij.
ꝯiuntōes ſunt Cōtingit em̄ interdū. vt in vno mēſe romano. ſint due
ꝯiunctōes Ita vt vna in initio mēſis Altera in fine. Et cū hoc contin

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

git annus vocat̃ Emboliſmalis. A vnde dicitur Emboliſmalis B Embolizo eſt idem̃ quod immitto vel inicio Inde εμβολισμοσ id eſt immiſſio vel iniectio Inde Emboliſmalis Quia in anno emboliſmali. dicimꝰ tercius menſis Alijs menſibus anni inicitur. A: Quomodo cognoſcendꝰ ē hic annꝰ B. ex hoc verſu cognoſcit̃ Bis eſt graus tꝰ charitas niſi quis ſimilatus Hoc ē Qñ aureꝰ numerꝰ ē duo. qui ſignificat̃ ꝑ bis. Aut quinqꝫ. qui ſignificat̃ per eſt Annus eſt emboliſmalis. A Quid eſt aureus numerus B. eſt nota cycli lunaris Significat em̃ aureus numerus. quotus annꝰ cycli lunaris ſit ille annus cuius eſt aureus numerꝰ. A. Quid eſt cyclus lunaris B. Tēpus. xix. annoꝝ A Quare tm̃ tēpus vocatur cyclus lunaris B. Qꝛ in. xix annis coniunctiones lunariū reuertunt̃ ad illos dies mēſium romanoꝝ in quibꝰ erāt añ. nouēdecim annos Et propterea tēpus illud cyclus dicit̃ quia cyclꝰ interpretat̃ circulus In circulo aūt fit reditus ad id vnde receſſum eſt A. Quare coniunctiōes luminariū. nō cadunt in eos dies. quibꝰ aureus numerꝰ aſſcriptus eſt. B Qꝛ menſis lunaris nō eſt ꝑs aliquota tēporis. xix. annoꝝ Quia in. xix annis. ſunt vndecies duodecim menſes et ſeptem mēſes Hi āt mēſes coadunati. aliquātum maiores ſunt qꝫ xix. anni ꝓpter hoc accidit vt luna prima in Calendario. ſit Ita in coelo A. Quoto anno Chriſtus a creatiōe mūdi natus eſt B Quinquies milleſimo centeſimo nonageſimo nono Qꝛ inter creationē mundi ⁊ natiuitatē Chriſti interuenerūt quinqꝫ milia annorum centū et nonaginta nouem anni. ſecundū Euſebiū. A Quot anni interuenerūt inter diluuium et natiuitatez Chriſti A tria millia annorum. ſecundum tabulas illuſtris regis alphonſij. A. Quoto anno a cōdita vrbe Chriſtus natus eſt B ſeptingenteſimo quiquageſimo ſecundo. A cuins ceſaris principatu Chriſtus natus ē. B Principatu ceſaris Octauiani Auguſti. cuius imperij. quod in totū orbem habuerat. anno. xlij. ſaluator noſter natus ē ſine dolore matris. Et vt ait Euſebius eo tēpore e taberna meritoria in tranſitiberina regione. oleum ex terra erupit. fluxitqꝫ toto die ſine interuallo. graciā. Chriſti gētibus oſtendens A Quō diuiditur annus romanꝰ B In communem et biſextilem Communis eſt q̄ habet tricentos ſexaginta. v. dies. Biſextiles aūt cōem annū vno die ſuperat A Quō inueniēdus ē ānus biſextilis B Si nūerꝰ ternarius eſt ꝑs aliquota numeri annoꝝ dñi Annꝰ ē biſextilis Si non ānus ē cōis Hoc aūt ꝑ diuiſionē inueniri pt̄ A Ubi Chriſtꝰ natus ē B. In Aſia Qꝛ natꝰ eſt in Iudea q̄ eſt ꝑs Aſię A. Quot ſunt ꝑtes terre habitabi-

lis B Tres Aſia. Aphrica et Europa A Que terra dr habitabilis. B
Que nō ē coopta Oceano Eſt aūt Ocean⁹ .mare ābiēs terrā habitabi
lem A Quot modis mēſurat terra habitabilis B Trib⁹ Longitudie
latetudie et ambitu A Que ē longitudo terre habitabitabilis B Lina
ducta ab oriēte in occidētem p terrā habitabilē Cuiuſmodi ē linea duc
ta ab Oceano Indico ad Oceanum Saditanum A Que eſt latitudo
B Linea ducta a meridie ad ſeptentrionem A Quare hec vocatur lati
tudo .illa longitudo B. Quia ſuperlicies menſuratur duabus lineis
inequalibus Maior vocatur longitudo Minor latitudo Sed cum
linea ducta a meridie ad ſeptentrionem per terram habitabilem eſt mi
nor q̄ʒ linea ducta ab oriente in occidentem Ideo hec latitudo dicitur.
Illa longitudo A. Quid inrereſt inter principatum et dominatum B
Dominatus ad reges pertinet Principatus ad cęſares ⁊ ad conſules
A In quo climate terre habitabilis Chriſtus natus eſt B In fine
tercij climatis Quia Iudea. in fine tercij climatis ſita eſt A. In quot
climata terra habitabilis diuiſa eſt B In Septem Primum vo-
catur diameros Secundum: Diaſynes Tercium Dia alexandrias.
Quartum. Diarhodum Quintum Dyaronies Sextum. Diabo-
riſthenis Septimum Diarypheon A Sunt in aliqua vaticinia im
pleta in natiuitate Chriſti. B Sunt A Que B Uaticinia
Prophetarum ⁊ Sybillarum A Unde deriuatur Propheta B
ФΗΜΙ ſignificat idem quod dico ΠΡΟФΗΜΙ predico. Inde Pro-
phetes vel Propheta predictor Prophetia predictio. Inde Pſeu-
do Propheta. id eſt falſus predictor A Quid Eſaias predixit de
Chriſto B Hanc prophetiam Septimo capittulo. Ecce virgo in
vtero concipiet. ⁊ pariet filium. ⁊ vocabitur nomen eius emanuel. A
Quomodo interpretatur emanuel B Nobiſcum deus A Qua
re. B Quia emanu ſignificat nobiſcum ⁊ el deum . Nam in Pſal
mo quadrageſimo quinto. Ubi latina tranſlatio habet dominus vir-
tutum nobiſcum Hebraicum Pſalterium habet. adonaij ſabaoth ema
nu Adonaij autem interpretatur dominus ſabaoth virtutum vel ex-
ercituum Emanu nobiſcum A Utrum nomen emanuel conuenit
Chriſto hoc eſt deo incarnato B Conuenit Quia licet ſemper de-
us fuerit cum hominibus. Tamen cum eſſet factus homo. erat pecu-
liariter cum hominibus. per naturę humanę aſſumptionem. A
Quare Emanuel dicitur magnum nomen domini. B Quia
ſignificat verbum carnem factum. quod habitauit in nobis Hoc eſt
deum factum hominem Tale autem nomen . magni pendēdum eſt no-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

bis Quid em̄ maius potuit nobis contingere .q̄ȝ deū carne indutū.ha-
bitaſſe in nobis A. Quid Hieremias vaticinatus ē de chriſto B Hoc
quod ſcripſit .xxxiij.capitulo libri ſui Ecce dies veniūt dicit dominus.
et ſuſcitabo dauid germē iuſtum.et regnabit rex et ſapiens erit.et facit
iudicium ⁊ iuſticiā .in terra In diebus illis.ſaluabitur Juda et Jſrahel
habitabit confidenter .Et hoc nomē.quod vocabunt eum.dn̄s noſter
In qua ꝓphetia ꝓpheta p̄dixit chriſtū futurū verū hoēm.⁊ verū deum
Erat em̄ futurꝰ verꝰ hō Qꝛ ſuſcitandꝰ erat ex ſemīe dauid Et qꝛ voci
tandꝰ erat dn̄s iuſtus noſter.erat futurus deꝰ Quia in nr̄ā tranſlatōe
vbi habet̄ dn̄s iuſtꝰ nr̄ Hebraica veritas hȝ .nomē dei.tetragrāmatō
quod eſt propriiſſimum nomen inter oīa noīa quibus deus noīabatur
A qđ nomē dei vocat̄ τετραγραμματον B Hoc qđ ſcribit̄ his
iiij.lr̄is.hebraicis hely.hei vau hole A. Quare nomē dei tetragrāma-
ton dicit̄ nomē ineffabile .B. Quia iod he vau het non ſunt littere co
herentes Non em̄ poſſunt ſyllabas facere neqȝ nomē aliquod ſine ſylla
bis ꝓnunciari poſſit Et ꝓpter hoc. Moſes precepit filijs iſrahel .pro
noīe ineffabilis dei.ꝓnunciare adonay.quod a grecis interp̄tatur kyri
os A latinis dn̄s A Quare nomē dei ineffabile dicit̄ communicabile B
Quia hoc nomē dei.nullis creaturis cōmunicat̄ .vbiqȝ em̄ ſcripturaꝝ
hebraicaꝝ reperitur nomē dei ineffabile.ſemꝑ ſit ſermo de deo nunq̄ȝ de
creatura aliqua A. Unde Tetragrammaton B Grāma ⁊c̄ Gramma
apud grecos littera dꝛ Tetra apud eos in ꝯpoſitione quattuor ſt Ut
patet in his dictionibꝰ Tetragonꝰ tetragoniſmus Tetraſyllabꝰ .Te
trameter Et ergo tetragrāmaton.idem quod hn̄s quattuor litteras Si
cut Monogrāmoton Jd quod vnā litterā Digrāmaton quo duas lit
teras. Trigrāmaton quod tres. Pentagrāmaton ⁊c̄. A Unde nomia
greca ⁊ hebraica acceperūt ſuas interp̄tationes B Si ſint ſimplicia et
primaria.acceperūt eas ab inuentoribus ſuis Jd eſt ab his qui ea rebus
expoſuerūt Si deriuatiua a ſuis primitiuis Si compoſita a ſuis pti-
bus A. Da exempla Hyppus interpretatur equus Et quia nomē ſim
plex eſt et primitiuū. Accepit interpretationē.ab inuētore ſuo. Hyp
politus accepit eā a primatiuo Interp̄tatur em̄ equeſtris Hippolytꝰ
accepit eā a ſuis ptibus Interp̄tatur em̄ diſſerptus vel diſſolutꝰ ab e-
quis Eodē mō de hebraicis dictionibꝰ ſentiendū ē. Beth accipit inter
p̄tationē ſuā a ſuo inuentore:et interp̄tatur domus Bethel interperta-
tur domꝰ dei Nā beth domꝰ.el deꝰ . Bethleem domus panis interp̄-
tatur Quia beth domꝰ.leem panis A. Quid p̄dixit Jacob B. Jd qđ
ſcriptum ē geneſis . xlix. Nō auferet̄ ſeptrū de Juda nec dux de femo-
re eius .Donec veniet qui mittendus eſt Et ipē ē expectio gentiū Quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

niā aūt ſeptrū de Juda ablatū eſt tempore Herodis Aſcolonite Qui e
rat ꝓmus alienigena inter reges Judeoꝝ. Nō em̄ erat de tribu Juda ſꝫ
Jdumeꝰ natione Sub cuiꝰ regno Chriſtꝰ iam natus ē Cōſequēs igit᷑
eū qui mittēdus ē erat iā miſſum eſſe A. Quo pacto ꝓphete potuerūt
futura p̄dicere de Chriſto .cum ſolꝰ deus ſcit quid futuꝝ ē B. Prophe
te fuerūt organa ſpiritus ſancti Qꝛ calmi eius fuerūt. Scriba aūt ſpi
ritꝰ ſanctus erat. qui ꝑ apoſtolos loquutꝰ eſt Nā quēadmodū ſpiritus
ſanctꝰ loquuts eſt ꝑ prophetas Et ſicut ſaluator noſter dixit Nō vos
eſtis qui loquimini. ſꝫ ſpiritꝰ patris. veſtri .qui loquit᷑ in vobis Jta et
ſpiritꝰ ſcūs ꝑ ꝓphetas loquutꝰ ē Et ꝓpterea ſpiritus ſanctus, ſcriba eſt
vtriuſqꝫ teſtamenti, noui et veteris Calmi eiꝰ .quibus vetꝰ teſtamentū
ſcripſit ꝓphete erāt. Calmi quibꝰ ſcripſit nouū teſtamētum Erant apo
ſtoli et Euāgeliſte Jtaqꝫ licet calmi nō erāt futuroꝝ preſcij Scriba ta
mē futuroꝝ p̄ſcius erat A. Utrū chriſtus natus ē vt impleret ꝓpheti
as B. Nō A. Quare B. Quia Chriſtꝰ natus ē. vt genꝰ humanuꝫ a
morte liberaret Ex quo patet, ꝙ hec enūciatio cauſalis. Chriſtꝰ natus
eſt vt impleret ꝓphetias Mutāda eſt in hanc temporalē Cū Chriſtus
naſceret᷑: ipleuit ꝓphetias Ul' poſtqꝫ Chriſtꝰ natꝰ ē, iplete ſt ꝓphetie
ꝓpter cōiunctōem vt. q̄ i p̄dicta enūciatōe. potiꝰ ē nota ꝯſecutōis qꝫ cāe
A. Quid p̄dixit Daniel de Chriſto B. Hoc quod Angelꝰ Gabriel ei
reuelauit Jlle em̄ ita ad eū loquutus eſt Tu aūt aīaduerte ſermonē. ⁊ in
tellege viſionē. Septuaginta hebdomades ablate ſunt. ſuꝑ populū tu
um. et vrbē ſanctā tuā vt ꝯſumet᷑ p̄uaricatio. et finē accipiat pctm̄ Et de
leat᷑ iniquitas. et adducat᷑ iuſticia ſempiterna. et impleat᷑ viſio et ꝓphe-
ita ⁊ vngat᷑ ſanctꝰ ſcōꝝ Ex hac ꝓphetia Danielis ix. ſcripta Maifeſte oſ
tendit᷑ Chriſtū qui ē ſanctꝰ ſcōꝝ .añ multa ſecula eē. Qꝛ ſeptuagita heb
domades .añ multa ſecula implete ſunt A. Quid ꝑ ſeptuaginta hebdo
mades intelligit᷑ B. Hebdomas ẽt numerꝝ ſeptenariū apud Grecos
Et ẽt q̄n̄qꝫ numerū ſeptē dieꝝ Q̄n̄qꝫ vij annoꝝ Jn hac āt ꝓphetia nūe
rū ſeptenarū annoꝝ ẽt Et ꝓpter hoc ſeptuagita hebdomades .ſunt ſep
tuageſies ſeptē anni. hoc eſt .d.xc. anni Hoc aūt tēpus i vnctiōe Sāc-
ti ſcōꝝ impletū ē Jgit᷑ Sāctus ſcōꝝ iā venit Jtaqꝫ fruſtra Judei expe
tāt aduentū Meſſie A Quid Sibylle vaticinate ſunt de Chriſto B
ea que Auguſtinus .xxiij. capitulo Octaui libri de ciuitate dei ſcripſit
Nā Sibylla Erythereꝰ de Chriſto .xxvij verſus: greco ſmōe Jn q̄rū
capitibꝰ hoc ē in ꝓmis lrīs legūt᷑ hec quīqꝫ ꝟba ιησους χριστος
θεουυιος σοτηρ Que interp̄tant᷑ Jeſus chriſtꝰ filiꝰ ſaluator Quo
rū .v. ꝟboꝝ ſi capita iungant᷑ fiat ιχθυς Qđ interp̄tat᷑ piſcis. Quo
intelligit᷑ Chriſtꝰ eo ꝙ in huiꝰ mortalitatis abiſſuꝫ venit Jn quaꝝ pfū

digna Diſticha āt iōis indigna videnꝶ q̄ a pueris diſcantur
¶ Tetraſticha ſunt quaterni ꝟſus plenā ſantentiā ꝯprehendentes.
Marcialis ad Sabellum Quod non inſulſe ſcribis tetraſticha ꝙ belle
pauca ſabelle facis Laudo nec admiror. facile eſt epigrammata belle
Scribere. ſed librum ſcribere difficile eſt
¶ Joannes Garlandinus. non enim catullus dicitur Catullus de ve-
rona. ſed Catullus veronenſis. nec opera Ouidij dicuntur opera.
Ouidij de ſulmone. ſed opera Ouidij ſulmonenſis
¶ Tractatus petri hiſpani nō inſcribunꝶ Tractatus petri de hiſpanis
¶ Ignorantes etymologiā. fraudāt dictiones origine debita Dicūt eīm
dictiones inde deriuari. vnde nunq̄ȝ traxerunt originem
¶ Dialectica ſi Tortellio credimus dicitur a greco ꝟbo Διαλεγω-
μαι quod diſputare dicitur
Dialectica enim ars diſputatoria eſt
Dialectica eſt ars inueniendi argumenta ⁊ formandi argumentatiōes
¶ Dialectica dialectice ſignificat artem argumentandi.
Dialectica dialecticoꝝ dicuntur ſcripta de arte argumētandi.
Dialectica eſt argumentorum inuentrix quia oſtendit nobis ſedes argu
mentoꝝ hoc eſt locos in quibus latent ex quibus petenda ſunt
Dialectica eſt argumentationum formatrix quia tradit nobis regulas
ſcd̄m quas ſi argumentamur bene argumentamur ⁊ bonas argumen-
tationes formamus.
¶ Argumentū ⁊ argumētatio differūt eo ꝙ argumētatio eſt oratio cō
ſtans ex an̄cedente ⁊ ꝯſequente. vt ſortes currit igiꝶ ſortes mouetur.
Argumentū eſt id cui aliq̄d ꝯſequitur. vt argumentū vere amicicie eſt
non deſerere amicum in aduerſis
¶ Argumentū eſt nomē ad aliquid dictū. Eſt eīm oīe argumentū ali
cuius rei argumentū vt qꝛ lachrymaꝝ profuſionem conſequitur dolor
lachrymarum profuſio doloris argumentum dicitur. Seneca.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

Primũ argumentũ ꝯpoſite mẽtis exiſtimo poſſe ꝯſiſtere ⁊ ſecũ morari
Inuenire argumenta poteſt facile dialecticus.
Orationũ quedã conſtant ex partibus eiuſdem lingue quedam ex par-
tibus diuerſarum linguarum
Oratio conſtans ex latinis dictionibus vocatur oratio latina vt liber
petri. q̃ ex grecis conſtat greca vocatur. vt ὀνοσ λυρασ hoc eſt aſinꝰ
lyre. Onos ẽm aſinus dr̃ lyras ãt eſt grecus gtũs nois lyra.
A lyra lyrici poete illi dicti ſunt q̃ v̾ſus ad lyrã decantandos ꝯponebãt
Oratio conſtans ex duabus partibus quarum altera greca eſt altera la
tina. vel poteſt dici compoſito nomine greca latina oratio. vt libri τησ
ἀινειδοσ. libri των βασιλεων
Eneidos eſt grecus genitiuus nominis eneis
Aeneis eſt poema ſiue carmen de aenea ſcriptum cuius genitiuus eſt
eneidos accuſatiuus eneida vt virgilius eneida ſcripſit
¶ Non eſt credendum eneida eſſe accm̃ pluralem ſed ſingularem
Non ẽm dicimus eneida eneidoꝝ ſicut georgica georgicorum
Tum dicitur Statius thebaida ſcripſit Virgilius eneida. accuſatiui
huiuiſmodi. ſingularis numeri ſunt Thebais ẽm thebaida accm̃ habet
την βασιλεων regum libri dicuntur Nam ὁ βασιλευσ cuiꝰ
pluralis genitiuus eſt βασ'ιλεων rex dicitur
Cauendum eſt pueris ne nomina artium liberelium corrumpantur
Grammatica que latine litteratura dicit̾ cum geminato m ſcribi debet
Grammatica ce. feminini generis ſignificat artem recte loquendi ⁊ ſcri
bendi. Grammatica orum dicuntur pertinentia ad grammaticam.
Itaqꝫ opera grammaticorum hoc eſt ea que de grammarica ſcripta
ſunt vocantur grammatica. vt priſcianus ſcripſit grammatica
Quõ bucolica oꝝ ⁊ Georgica oꝝ ſunt noĩa opeꝝ ita etiã grãmatica oꝝ
Dialectica oꝝ Rhetorica oꝝ Mathematica oꝝ Phyſica oꝝ Meta-
phyſica oꝝ Ethica oꝝ Politica oꝝ Oeconomica oꝝ Topica oꝝ Arith
metica oꝝ Muſica oꝝ Aſtronomica oꝝ Geometrica oꝝ noĩa opeꝝ ſũt
Vt latine dr̃ Cõmoda mihi Georgica v̾gilij. ita ⁊ latine dr̃. Cõmoda
mihi Dialectica petri hiſpani Cõmoda mihi metaphyſica Ariſtotelis.
Recte dr̃ Ariſto. ſcripſit dialectica. rhetorica. phyſica. metaphyſica. h
ẽ ſcripſit ea q̃ ptipent ad dialecticã. rhetoricã. phyſicã. metaphyſicam
Dialectica ce cum latino i ⁊ et ſcribit̾ qui dialecticam cũ greco y ⁊ abſqꝫ
e ſcribit duos barbariſmos facit
Soloeciſmus eſt vicioſa ꝯſtructio ptium orationis. Et fit cum pars
orõnis ꝯſtruitur cum pte cui non congruit
Soloeciſmus dicitur trito nomine incongruitas quia cum ſo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

loeciſmus ſit ↄſtruit̃ ꝑs cum ꝑte cui non ↄgruit. Latinitas ſermonis
dr̃ ↄgruitas. qꝛ cū in ſermone eſt latinitas ꝑs cū ꝑte ↄgruit
Regule congruitatis ſunt regule latinitatis hę ſunt regule ſecundum
quas fiunt ſermones latini
Uaria ſunt genera regularum. Sunt enim regule viuendi
Cuiuſmodi ſunt precepta decalogi ⁊ canones ſanctorum patrum
Sunt regule argumentandi que ſunt regule Dialecticę
Sunt regulę loquendi que ſunt regule grammaticę
Sunt regule dicēdi copioſe ⁊ apte de q̃libet re ⁊ hę ſunt regl'e rhetoricę
Sunt regule medēdi ⁊ he vocantur canones medicinę
Oratiões formate ſcd̃m regulas grãmatice vocãtur oróes congruę
Congruitas ⁊ incongruitas in omni lingua reperiuntur
Jck byn du biſte. oróes teu. ⁊ ↄgrue ſunt Jck biſte ãt non. qm̃ Jck. pꝛo
nomē teutonicū ꝓme ꝑſone non ↄgruit v̾bo. biſte. ſcd̃e ꝑſone.
Habemus ambiguas orationes ambiguas partes orationes
Nomina q̃ vulgo equiuoca vocãtur rectius dñr ambigua. qm̃ equiuo
ca ſunt res ſignificatę ambiguo noĩe. Ambiguum ãt, dr̃ nomē multas
res diuerſis rationibus ſignificans vel nomen ambiguum eſt nomen
quod cum profertur ambiguum eſt quid ſignificet
Nomen alexandri ambiguum eſt Alexander autem magnus ⁊ troia
nus Alexander equiuoca ſunt
Nomina ambigua τα πολυσημα grece dicunt̃ πολυ em̃ mul
tum dicitur ⁊ ſema ſignum Inde polyſemus a um multa ſignans.
Seruius in primum Eneidos. Cano polyſemus ſermo eſt
Equiuoca poſſunt dici cognomina. Sunt enim cognomina que idem
nomen habent
Homo mortuꝰ eſt cognominis homini viuo Uocatur em̃ homo mor
tuus homo quemadmodum homo viuus.
Cum em̃ dicimus homo ambulat de viuo homine loquimur.
Cum autem dicimus homo ſepelitur de mortuo
Nomen cognominis ad aliquid dicitur. Nemo em̃ dr̃ cognominis
niſi qui aliquem ſibi cognominem habet.
Cognominis hoc ne dicitur teutonice ghenanne.
Binominis ne dicitur habens duo nomina Utrum autem binominꝰ
ſ'um dicatur nec ne conſulantur grammatici
Ambigue orationes ſunt que cum proferuntur ambiguum eſt q̃d ſig
nificent quales ſunt he orationes amor ioannis odium petri
Uolenti recte loqui neceſſe eſt ſcire que pars orationis ad quã referat̃.
Quemadmodum quantum referatur ad tantum Ita tam ad qꝫ. vt Jo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

annes eſt tam doctus q̄ꝫ petrus.
Tam ⁊ q̄ꝫ equalitatem ſignificant. cum em̄ dꝛ ioēs tam doctus eſt q̄ꝫ pe trus ſignificantur ambo eque docti eſſe
Joēs tam doct⁹ eſt ſicut petrus nō recte dꝛ Sicut nō refert ad ꝑticulā tam qm̄ ſicut qualitatē ſignificat tam vero quantitatem
Tam ⁊ q̄ꝫ addunt noibus ꝟbis aduerbijs ⁊ oratōib⁹ cauſalib⁹. pn̄t ⁊ ꝓ noib⁹ addi vt qd̄ ex ꝑte meū eſt nō tam meū eſt q̄ꝫ id qd̄ ex toto meū eſt.
Pronomi nō repugnat ꝯparatio eo ꝙ ei pn̄t addi aduerbia magis ⁊ mi nus Qd̄ em̄ ex toto meū eſt magis meū dꝛ q̄ꝫ id qd̄ ex parte
Aduerbijs addunt. vt tam mane veni q̄ꝫ tu. Tam veſperi redij q̄ꝫ tu.
Tam pene cecidi q̄ꝫ tu. Jck hadde ſo nae gheuallē als du. Querendum eſt q̄ꝫ pene ꝑlegiſti libꝝ. hoe nae heefſtu dat boeck wtgheleſen Quaſi non fcat id qd̄ pene Jtaqꝫ nō recte dꝛ q̄ꝫ quaſi ꝑlegiſti libꝝ
Quaſi ſimulationem ſignificat. vt ioannes ſalutat petrum quaſi dili gat eum hoc eſt ſimulat ſe diligere eum
Quicūqꝫ ſcd̄m veras regulas argumētatur bn̄ ergumētat q̄ ſcd̄m fal ſas vicioſas argumentationes facit
Syllogiſmi boni formāt ſcd̄m ꝟas regulas Vicioſi āt ſcd̄m falſas.
Syllogiſm⁹ ꝑmi modi ꝑme figure formatus eſt ſcd̄m hanc regulam
Si a dꝛ de oi b ⁊ b de omni c dꝛ neceſſe eſt a de om̄i c dici. hoc eſt ſi maior extremitas dꝛ de medio diſtributo ⁊ medium dꝛ de minore extremitate diſtributa necē ē maiorē extremitatē dici de mīori extremitate diſtributa
Syllogiſmus ſcd̄i modi ꝑme figure ad hāc regulā format Si a nega tur de om̄i b ⁊ b dꝛ de om̄i c neceſſe eſt a de om̄i c negari
Syllogiſmus ꝑme figure cuius minor ꝓpoſitio negatiua eſt qualis ē hic. Oē aial eſt ſubſtātia nullus āt lapis eſt aial igit nullus lapis ē ſub ſtantia. ideo vicioſus eſt quia factus eſt ſcd̄m falſam regulam que hec ē.
Si a dꝛ de om̄i b ⁊ b negatur de om̄i c neceſſe eſt a negari de om̄i c
Eſt autem hec regula falſa quia cum ſecundum eum argumentamur maior extremitas que in maiore propoſitione manet indiſtributa in cō cluſione diſtribuitur.
Quemadmodum ſyllogiſmi ſcd̄m falſas regulas formati ſunt vicioſi ita orationes ſcd̄m falſas regulas facte vicioſe efficiuntur.
Hec regula falſa eſt. poſterius ſupinum cum verbo ſignificante reditū hoc eſt motum de loco conſtruendum eſt Non enim recte dꝛ Redeo le ctu ita nullus autorum locutus ſit.
Quemadmodum is non loquitur teutonice qui ita loquitur quo mo do nullus teutonorum locutus eſt ita nec latine is loquitur qui ita lo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

quitur quomodo nullus latinorum locutus eſt
Qui loquuntur ſecundum hanc regulam Omne gerundium ſuppo-
nit ſibi accuſatiuum caſum non recte loquuntur Non enim apud lati
nos gerundio accuſatiuus caſus ſupponitur niſi cum more grecorum
interpretes ſacre ſcripture interdum loquuntur .nobis tamen non eſt
permiſſum ſupponere gerundio accuſatiuum quia priuilegia paucorū
non ſunt leges communes omnium Nō enim ita paganis permiſſuꝫ
eſt teſtari quomodo militibus
Nos recte dicimus Tempus eſt nos ſurgere.
Nos autem licet nobis dicere Tempus eſt nos ſurgendi.
Tempus eſt nos eſſendi ſapientes non recte dicitur.non enim dicitur
eſſendi cum nullus autorum eo gerundio vſus ſit nec dicitur nos eſ-
ſendi quoniam gerundium ſibi accuſatiuum non ſupponit
Quod ⁊ vt.hoc diſcriminis habent.ꝙ oratio cui preponitur. vt cau-
ſam finalem ſignificat.cui autem ꝙ preponitur cauſam efficientem.
vt Cedo te virgis ꝙ dignus es qui virgis cedaris vel ꝙ meritus es vir
gis cedi.Cedo te virgis quo te corrigam quo te emendem quo te bene
moratum reddam faciam efficiam.Quandoqꝫ eidem verbo poſtponū-
tur vt ⁊ ꝙ coniuncta per tam ⁊ q̄ꝫ.vt Cedo te virgis non tam ꝙ dign⁹
es qui cedaris q̄ꝫ vt te bene moratum reddam Jck ſlae dy nycht allſo
ſeer daer om dattu dat verdeynt heueſt als daer omme dat ick dy gheer
ne berue maken ſolde
Dolet verbum in tercijs perſonis quandoqꝫ habet nominatiuum ca-
ſibi ſuppoſitū vt dentes dolent mihi teuto.die tande doen my we
Caput dolet mihi teutonice.dat hoeft doet my wee.doleo caput.doleo
dentes poetice orationes ſunt.Contumelia plus mihi dolet quam dam
num.teutonice.dye ſpyt doet my weer dan dye ſchade.dictum Joan-
nis dolet mihi .dictum dicitur.een droghe ſchoteken.vt ſic cum volu-
mus alicui ſuam ignorantiam exprobare dicamus
Tu pauca oblitus es. Jnde dicax dicitur qui dicta iaculatur in alios.
teutonice dye droghe ſchotekens pleckt te ſcheten Nullius dicta mi-
hi plus dolent quam petri. Si iaculaberis dicta in me ego retorquebo
ea in te Schutſtu my ick ſchyete dy weder Therentius.Tuum ne ob
ſecro dictum erat.was dat dijn ſchoteken
Quandoqꝫ etiam dicuntur omnia que dicuntur.vt dicta ⁊ facta Joan
nis ſunt memoratu digna
Quandoqꝫ verbo dolet ſupponitur oratio incipiens a ꝙ vt dolet mi-
ꝙ feci hoc Dolebit tibi cras quod nunc facis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

Liber.

Sepe ſolet hominibꝰ mane dolere quod noctu fecerūt. dat plecht dick
wyl des morghens berouwen dat die lude des nachtes doen
Unū ⁊ alteꝝ qn̄qꝫ poſtponūt ſibi vt qn̄qꝫ ꝙ vt duo ſunt que mihi vehe
mēter dolent. vnū ꝙ tibi corā adeſſe nequeo Alteꝝ ꝙ abſens tibi opitu
lari nō valeo Duo ſunt q̄ abs te pcto' Unū vt tue valitudinis rōem habe
as Alteꝝ vt niſi ſanus huc nō reuertaris.
Due cauſe fuerunt propter quas te caſtigaui vna ꝙ dignus eras q̄ caſti
gareris. Alteraꝙ te corrigerem
Duo ſunt q̄ mihi vehemēter dolent q̄ me valde angunt. vnū eſt ꝙ ioēs
male hꝫ Alteꝝ ꝙ indies egritudo eiꝰ augeſcit Unū ⁊ altꝝ etiā poſtpo-
nunt ſibi ne ſi ꝯſtruant cū ꝟbis timēdi. vt duo ſunt q̄ timeo. vnū ne io-
annes egrotet Alterum ne inopiam virtus patiatur
Opere pciū eſt ſcire q̄bꝰ dictōibꝰ elegāter poſtponat ꝯiunctio vt.
Poſt tam tm̄ adeo ſic ita. elegāter vt ponit. vt ioānes tam doctus eſt vt
nemo ſit eo doctior Joēs tm̄ eris alieni hꝫ vt id nunq̄ꝫ diſſoluturus ſit
Habere es alienum eſt debere. diſſoluere eſt reddere debitum.
Joannes adeo fortis eſt vt nemo eum ſuperare poſſit
Cauendum eſt ne poſſet pro poſſit ponatur
Uerbū em̄ poſſit poſtponit ꝟbo pn̄tis tpis ſꝫ ꝟbū poſſꝫ ꝟbo p̄teriti tpis
Jtaqꝫ recte d͛r Joēs adeo fortis ē vt nemo eū ſupare poſſit Jtēqꝫ rcē d͛r
Joānes adeo fortis erat vt nemo eum ſuperare poſſet. Horatius.
Nemo adeo ferus eſt vt non miteſcere poſſit.
Cauendū eſt ne ꝯiunctioni vt ſubiungat indicatiuꝰ modus Jtaqꝫ non
recte d͛r Joānes adeo fortis eſt vt nemo valet eum ſupare
Poſt ſic vt ponit. vt in euāgelio Sic deꝰ dilexit mundū vt filiū ſuum
vnigenitū daret Tulliꝰ in Catone maiore Senectus pleriſqꝫ ſic odio-
ſa eſt. vt onus etna grauius videantur ſuſtinere
Poſt ita etiā ponit vt beatis ita bene eſt vt non poſſit eis melius eſſe.
Petrus ita doctus eſt vt mirum ſit eum tam doctum eſſe.
Non eſt mihi ita bene vt libeat mihi iocari.
Poſt ita ſequitur vt aduerbium vt ita te amo vt meū ipſius cor
Inter vt aduerbiū ⁊ vt ꝯiunctōem hoc intereſt. ꝙ vt aduerbiū pt ꝯſtrui
cū indicatiuo mō vt ꝯiūctio ſp cū ꝯiunctiuo ꝯſtruit Cū d͛r Jta me de-
us amet vt ego tibi cupio bene eſſe. vt aduerbium eſt.
Jta me deus adiuuet. vt ego tibi nihil debeo
Jta me deus adiuuet vt mihi debes qd̄ a te exigo ſacramēta ſunt. poteſt
cui qui dicit peierare.
Poſt abltōs eſſentiam demōſtrantes poteſt poni vt. vt Joānes tanta
proceritate eſt vt nemo eo procerior ſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

Maria q̄dam tanta altitudine ſunt vt vada.eorum inueniri nequeant
Trabs hec tanta craſſitudine eſt vt nemo eā vlnis cōplecti poſſit
Craſſitudo alias quantitatem alias qualitatem ſignificat.
Craſſitudo trabis quantitas eſt craſſitudo āt ſanguinis qualitas
Animus humanus tanta capacitate eſt vt eum niſi ſummum bonum nihil implere poſſit.
Cauendum eſt ne particula q̄ꝫ pro niſi ponatur
Auarus nihil amat q̄ꝫ diuitias non recte d̄ꝛ
Muta q̄ꝫ in niſi ⁊ dic auarus nihil amat niſi diuitias
Id ſi feceris recte loqueris.Cauendum eſt nobis ne barbaris queſitiuis vtamur
Quotarius non videtur latinum nomen eſſe Nam ſi quotarius latine diceretur poſſet ⁊ totarius latine dici
Eſſetqꝫ hec oratio latina Ego totarius ſum quotarius petrus.
Si quotēnis latine dicitur videtur ⁊ totennis latine dici poſſe Eritqꝫ proinde hec oratio latina Ego totennis ſum quotennis tu es.
Si noluerimus nomīe quotennis vti poterimus ita querere. Quot annos natus es Quot annoꝝ es Qua etate es.Quotū annū agis
Si quotuplex latine dicitur videtur ⁊ totuplex latine dici poſſe Eritqꝫ hec oratio latina nomen totuplex eſt quotuplex verbum.
Queſitiuum quotuplex eſt nobis neceſſariū Querimus em̄ ꝑ quot tā de ſingulis geneꝝ hoc eſt indiuiduis.q̄ꝫ de gn̄ib⁹ ſinguloꝝ hoc ē de ſpēb⁹
Hec queſtio quot ſunt aīalia ambigua eſt.Ambiguū em̄ eſt vtꝝ queramus de numero aīalium an de numero geneꝝ aīalis
Quemadmodum hec queſtio quot ſunt aīalia ambigua eſt ita ⁊ hec reſponſio Tm̄ duo ſunt aīalia.Habet em̄ duos intellectus vnus eſt tm̄ duo numero ſunt animalia Alter tantum duo ſunt genera animaliū quoꝝ vnum eſt genus hoīm alteꝝ genus aīalium mutoꝝ.Phalera ornamentum eſt equoꝝ Iuuenalis Magnoꝝ artificum frangebat pocula miles Ut phaleris gauderet equus Et ſi credimus Tortellio phalera a greco verbo φανεροω qđ eſt illuſtro deſcendit
Phalernum vinum quoddam dicitur a monte quodam campanię q̄ phalernus d̄ꝛ in quo naſcitur.ſicut nos vocamus elſatienſe.vinū quoddam patria ſua.hoc eſt ab elſatia Neqꝫ phalera neqꝫ phalernum a phalon deſcendunt ἡ γλωσσα grecum nomen eſt ⁊ ſolum cum grecis noībus componitur Dicitur em̄ bugloſſa lingua bouis Cynogloſſa lingua canis Non autem componitur gloſſa cum latino nomine.ideo cerugloſſa non dicitur
ὁ καλοσ grece bon⁹ d̄ꝛ In̄ φιλοκάλοσ bon⁹ amicus ὁ φιλοσ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

enim amicus dicitur ſiue amator. Nam φιλῶ grecum verbum tan-
tum ſignificat quantum amo Non ſignificat philos amorem vt mul
ti dicunt ſed amicum Eſt enim concretum nomen non abſtractū Phil
trum a philo deſcendit Sunt autem philtra venena amatoria hoc eſt
que faciunt hoies amare ⁊ inſanire Ouidius. Philtra nocent animis
vimqꝫ furoris habent Utrum philtrum ſignificet id quod teutonice
vilt dicitur .interrogentur grammatici Jidem interrogentur an cento
ſignificet id quod philtrum Pueri ſolent verba timendi conſtruere cū
orationibus incipientibus a ꝙ. He enim orationes teruntur a pueris
timeo ꝙ magiſter ſit in ſcholis .timeo ꝙ magiſter veniet. timeo ꝙ ma-
giſter percipiet Qui aūt latinius loquuntur conſtruunt verba timendi
cum orationibus incipientibus a ne et ab vt. Ut timeo ne magiſter ve
nerit Jck vruchte dat die meiſter gecomen ſy . Timeo ne veniat. my is
leyde dat he come Timeo ne venturus ſit tentonice my is leyde dat he
wert comē Timeo ne magiſter reſciſcat. my is lede he vnimpt. Timeo
ne reſciuerit. my is leyde hi heeft dat vernomē Timeo ne reſciſciturꝰ ſit
ꝙ intramus tabernā. my is leet hy ſoldet vernemē dat wy in die tauer
nen gaen Reſciſco reſciui reſcitum ſignificat vernemē. vt magiſter reſci
uit omnia que heri fecimus nō dubito quin de nobis ſupplicium ſum-
pturus ſit. Uerba timendi etiam conſtruuntur cum ne non que due p-
ticule idem ſignificant quod vt. vt timeo ne petrus non veniat. ne non
venerit. ne non venturus ſit. my is lede he en come nicht. he en ſy nicht
gecomen he en werden nicht comende. Timeo vt magiſter venerit ſig
nificat enim tantum quantum. timeo ne magiſter non venerit. quoni-
am vt idem ſignificat quod ne non . my is lede he en ſy nicht gecomen.
Non timeo ne petrus hodie veniat. my en is nicht leyde dat peter hu-
den come Boetius poſtpoſuit verbo timendi particulam ne in ſecundo
libro de conſolatione philoſophie vbi ita ſcriptū reliquit Si ſcit metu
at ncceē ne eſt amittat quod amitti poſſe non dubitat In primo libro
ita ſcriptum eſt . Nam qui vallo eius ac munimine continetur nullus
metus eſt ne exul eſſe mereatur. Fatendum enim eſt etiam dici poſſe ti-
meo ꝙ ioannes veniet ſed ea oratio tantum ſignificat quantum timeo.
propterea ꝙ Joannes veniet Multum intereſt inter has duas oratio
nes timeo ne ioannes venturus ſit . timeo ꝙ ioannes veniet
Poteſt enim hec eſſe falſa cum illa vera eſt. Timeo ꝙ extremun iudici
um futurum eſt. et timeo ne extremum iudicium futurum ſit non idem
ſignificant . Cum verbo timendi conſtruuntur cum oratione infiniti-
ua mutanda eſt ea in orationem cōiunctiuam a ne incipientē. vt timeo
petrum reuerſurum eſſe mutatur ſic timeo ne petrus reuerſurus ſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

Quod particula tria vicia facit primum cum abundat vt neſcio qꝫ q
ioannes veniet Alterum cum deeſt vt nihil aliud ſcio qꝫ ioannes eſt do-
mi. Tercium cum pro vt aut ne aut alia particula ponitur. vt timeo q
ioannes veniet ἡ ὁΔοσ viam ſignificans cum o aſpirato ſcribitur et
deſinit in os ὠΔη autem nunqꝫ viam ſignificat. Hodos generis femi
nini eſt cum compoſitis. Itaqꝫ exodus periodus methodus feminini
generis ſunt. Exodus exitus dꝛ periodus circuitus methodus trāſitꝰ.
Omnis ars per metaphoram methodus dicitur quia omnis ars tran
ſitus quidam eſt. Grammatica enim tranſitus quidam eſt per ea quoꝝ
ſcientia ad grammaticum pertinet ſicut dialectica tranſitus per ea quo
rum noticia ad dialecticum pertinet
Quod omnis ars tranſitus ⁊ via quedam ſit ſignificat
Virgilius primo georgicorum cum ait Ignaroſqꝫ mecum vie miſera-
tus agreſtes' Ingredere vbi nomine vie ſignificat rationem. hoc eſt ar-
tem agri colendi.
Qui methadum cum a ſcribunt barbariſmum faciunt. ὁ λογοσ
ſermonem ⁊ rationem ſignificat ⁊ componitur cum greca prepoſitio-
ne a que ſignificat id quod ſine ⁊ dicitur ἄ λογοσ quod ſignificat
tantum quantum ſine ſermone vel ratione Deriuatiua a nomine logos
cum g ſcribenda ſunt Ideo peccant qui his nominibus logicus. logica
theologicus aſtrologicus g litteram detrahunt

Cōtra modos ſignificādi Inuectiua Alexādri hegij

C Ontra eos qui modoruꝫ ſignificandi noticiā credūt
grammatico neceſſariam. qui nouo nomine modiſtę
vocantur. ¶ Qui dicunt modorum ſignificandi no
ticiam efficere grammaticum falluntur Non prop-
terea quiſpiam grammaticus dicitur. quia ſcit modum ſignificādi ma-
terialem nominis eum eſſe. qui nomini cum pronomine communis eſt
⁊ formalem eum qui nomini proprius eſt. ſed qui ſcit latine loqui ⁊ ſcri
bere is grammatici nomine dignus eſt
¶ Nemo negatꝛ ꝓpterea eſſe grāmaticus. qꝛ neſcit qui ſint modi ſigni
ficādi eſſentiales ⁊ accidētales. materiales ⁊ formales. abſoluti ⁊ reſpecti
ui ꝑtiū orōis ſꝫ q̄ recte loqui ⁊ ſcribere neſcit quantūcunqꝫ ſtꝛdoꝝ de mo-
dis ſignificandi faciat grammatici noīe indignus eſt
¶ Non is dicitꝛ grammaticus qui ſcit gtm̄ caſum ſignificare per mo-

dum vt cuius eſt alterum. ſed qui ſcit non recte dici genitiuum ſignifi-
care per modum vt cuius eſt alterum.

¶ Grammatici qui de modis ſignificandi ſcripſerunt ſi quidem gram
matici dicendi ſunt barbare ſcripſerunt Ueteres autem qui ne verbū
quidem de eis fecere rectiſſime locuti ſunt Et quamlibet modorum ſig-
nificandi noticiam non ſolum non prodeſſe. ſed vehementer officere eis
qui grāmaticā ꝓfitentur Cur Itali non docent pueros modos ſ̄candi
niſi q2 eos cariores hn̄t q̄ꝫ vt eis tam inutilia tamqꝫ noxia inculcent

¶ Quid prodeſt ſcire ꝙ modus ſ̄candi materialis pronoīs eſt ſignifi-
care ꝑ modum habitus ⁊ quietis. formalis āt ꝑ modum determinate
apphenſionis. ſi neſcias latinius dici. liber eſt meus q̄ꝫ liber eſt mei liber
eſt meus ipſius q̄ꝫ liber eſt meiјpſius. liber eſt meus ⁊ Joānis q̄ꝫ liber ē
mei ⁊ Joānis. liber eſt meus qui lego q̄ꝫ liber eſt mei qui lego

¶ Quid prodeſt noticia modoꝝ ſignificandi ſi neſcias has orationes
eſſe barbaras ⁊ vicioſas.

Ego dedi ſibi librum. tu dediſti ſibi librum Ego miſereor ſui. tu miſere-
ris ſui Ego diligo ſocium ſuum. tu diligis ſocium ſuum Pueris dan-
da eſt opera vt ſciant que conſtructio debeatur pronoībus relatiuis reci
procis que non reciprocis hoc eſt vt ſciant quando vtendum ſit prono
mine ſuus. quando pronomine is aut eius obliquis

Joannes diligit ſocium ſuum recte d̄r. ꝓnomen em̄ ſuus tūc recte appo
nitur v̄bo cum añcedens eius v̄bo ſupponit̄. vt Jōes ſociū ſuū diligit
Qui ꝓnomen reciprocum pro non reciproco ponit non recte loquitur
Itemqꝫ qui non reciprocum pro reciproco ponit a viciјs liber non eſt.
Joannes ſocium ſuum diligit oratio ꝑfecta eſt Joannes diligit ſocium
eius oratio imꝑfecta eſt quam ſic poterimus ꝑficere Joannis diligit ſo
cium eius cui heri librum commodaui

¶ Modi ſignificandi non efficiunt conſtructionem partium oratio-
nis. Genitiuus enim mei habet eum modum ſignificandi quem ceteri
genitiui ⁊ non habet conſtructionem ceterorum genitiuorum Recte
enim dicitur liber Joannis. ſed non recte dicitur liber mei Recte dici-
tur liber eſt Joannis non recte liber eſt mei.

¶ Quid prodeſt genitiuo mei ſignificare rem cuius eſt alterū cum nō
poſſit conſtrui cum nomine ſignificante rem que alterius eſt. ſiquidem
liber mei non recte dicitur

¶ Que coniunctio habet modum ſignificandi quem ⁊ coniunctio .et
non habet conſtructionem quam ⁊ coniunctio

Recte em̄ d̄r Ego ⁊ tu damus. non recte autem Egoqꝫ tu damus

¶ An ⁊ ne eundem modum ſignificandi habent ſed non eandem con-

ſtructionem. Recte enim dicitur An Joannes eſt domi. non recte, ne
Joannes eſt domi. Tenus ⁊ verſus prepoſitiones cum modum ſigni-
ficandi habent quem cetere prepoſitiones ſed non eandem conſtructio
nem quam cetere. Recte enim dicitur in capitulo non recte tenus capu
lo. dicendum enim capulo tenus. Cui modo ſignificandi debent hi, ge-
nitiui pluris minoris tanti quanti, ꝙ conſtruuntur cum verbis ad e-
mendum ⁊ vendendum pertinentibus potius ꝗ̄ꝫ hi genitiui aureoruꝫ
philipporum hoc eſt cur latine dicitur. Liber meus tanti emptus eſt
quanti tuus cum non dicatur latine liber meus tot aureorum emptus
eſt quot aureorum tuus

¶ Si Grammatica: que ars loquendi eſt. Ipſa loqui poſſet. Non
dubium, quin incandeſceret vehementer in eos: qui eam ita excarnifi-
cant. ita fedant. Ut ne Grammatica quidem dici digna ſit Gramma-
tica certe ars liberalis eſt. Non omnes autem Sed ea Grammatica
Que eſt ars ⁊ recte loquendi ⁊ ſcribendi Illa autem que nunc a pueris
magna mercede diſcitur. Vix ars liberalis vocanda eſt. Quoniam non
recte ſed barbare loquendi ars eſt. Itaqꝫ indigna eſt hec. quam nunc pu
eri pleriqꝫ a preceptoribus ſuis diſcunt. que ars liberalis dicatur. Nō
illa autem. que recte ⁊ loquendi ⁊ ſcribendi ars. Corrumpuntur enim
nunc nomina librorum nunc artium. nunc figurarum Nunc vocabu-
la a Grecis commoda te accepta Adeo exigua latinitatis cura eſt. vt e-
tiam titulo librorum corrumpantur. Teutonica lingua plus Ideotis
debet. ꝗ̄ꝫ latina lingua litteratis Illi enim operam dant. vt recte loquan
tur ⁊ non corrumpant linguam ſuam. Hi vero neqꝫ id agunt vt recte
loquantur. Neqꝫ turpe dicunt. barbare loqui. Greca lingua plus Gre-
cis debet. ꝗ̄ꝫ latina latinis Non enim illi. ita illam excarnificant Quē-
admodum hi hanc Non facile quis dixerit Preceptores quam graui
ter peccent. diſſimulantes vicia ſermonis puerorum. quibus inſtituen-
dis prefecti ſunt. Et quos mercede docent Non enim diſſimulant vi-
cia nummorum. quos relaturi ſunt. ſi qui adultrini eis prebeantur.
Queruntur ſi non referre mercedem ſibi debitam. ſi ſuis debitis a pue-
ris fraudentur. ſi quos adultrinos eis offerant. At neſcientes Gram-
maticam. fraudatores ſunt. Fraudant enim diſcipulos ſuos nummis.
Cum doceant eos mercede loqui barbare. O ꝗ̄ꝫ miſerabiliter ſuis num-
mis fraudātur Qui mercede diſcunt. barbare loqui Tria profecto ſunt
neceſſaria orationi latinę. Conſtet inquam ipſa. ex vocabulis ⁊ latinis
⁊ tritis ⁊ integris Non ſint in ea vicioſę vocabulorum abuſiones.
Vicioſe autem abuſiones vocabulorum fiunt Cum fraudantur vicio-
ſę vocabula. ſuis ſignificationibus. Ut cum dictare litteras Signifi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

eat litteras ſcribere Dictare enim eſt alicui aliquid ſcribendum dicere.
Non ſint tandem in ea. vicioſe vel coniunctiones vocabulorum vel cō-
ſtructiones vel compoſitiones. Orthographiam inſuper neſcientes
fraudatores ſunt. Fraudant enim vocabula, aut debitis litteris. aut de-
bito ſono. Quales ſunt. qui dicunt perhennis. habundo Uerum frau-
datores vocabulorum. Quidam fraudant ea ſignificationibus ſuis vt
qui dicunt dictare idem ſignificare quod ſcribendo ſcribere aliquid' teu-
tonice dychten Unde non ſunt eiuſdem ſignificationis Sed dychten
communi⁹ eſt q̄z dictare. Unde dictare ſignificat alicui aliquid ſcriben-
dum aut dicendum dicere. ⁊ ſignificat toe ſegghen Grammatica itaq̄z
eſt neceſſaria omnibus his qui nolunt fraudare vocabula Qui teutoni-
ca vocabula fraudat litteris. aut ſono legitimo. ab omnibus deridetur.
Latinorum profecto vocabulorum corruptores. nullas culparum ſua-
rum penas dant. vſq̄z adeo numeroſa multitudine ſunt. Licet non mi-
nus dignus ſit. immo magis. qui ab omnibus derideatur. qui latia no-
mina fraudat aut legitimo ſono aut litteris debitis. q̄z is qui teutonica
nomina hiſce fraudet. Quomodo rurſus is qui teutonica verba corrū-
pit deridetur ab auditoribus Ita etiā qui latina vocabula corrumpit ri-
diculum ſe facit. Quomodo teutones cum gallica verba ſermoni ſuo
miſerere volunt ea plerumq̄z corrumpunt Ita etiam latini cum greca
ſuo ſermoni Bene loquitur qui neq̄z barbariſſimo Neq̄z ſoloeciſmo.
neq̄z vicioſa aliqua Catachreſi. ſermonem ſuum viciat Modi ſignifi-
candi me hercule indigni ſunt. qui a pueris diſcantur Credibile eſt pu-
erorum inſtitutores tam indignos mercede eſſe. Qui pueros docēt mo-
dos ſignificandi. q̄z qui agros filicibus ſerunt Dicant mihi. qui modos
ſignificandi laudibus ad ſidera tollunt. Cui modi ſignificandi debeat
infinitiuus modus. quod ſupponat ſibi accuſatiuum Cui item modo
ſignificandi debet intereſt. ꝙ conſtruat̄ cū his ablatiuis. mea tua ſua. ⁊c̄
Qui Grammatici dicuntur Non ideo Grammatici dicuntur ꝙ ſciāt
modos ſignificandi Sed quia ſciunt latine loqui. Qui negantur eſſe
Grammatici Ideo negantur Grammatici eſſe. Quia neſciunt latine
loqui. Non ideo quia neſciunt modos ſignificandi Modorum ſigni-
ficandi noticia. non efficit Grammaticum Quia qui de modis ſignifi-
candi ſcripſerunt Neipſi quidem Grammatici fuere Totus enim eo-
rum ſermo. barbarus eſt Sola lingua latina eſt modis ſignificandi fe-
data. Neq̄z Greca lingua Neq̄z barbara vlla. ita fedata eſt modis ſig-
nificandi. quemadmodum latina Teutones fatentur hanc orationem
teutonicam eſſe congruam Ick byn Qui tamen modorum ſignifican-
di noticia carent Propterea non negatus q̄s Grāmaticus eſſe eo ꝙ neſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

ciat amare regē accuſatiuum. quia ſignificat per modum tranſeuntis
in alterum. Sed quia neſciat inter Grammaticos conueniſſe. vt rege-
ret accuſatiuum. Habeo pecuniam. recte dicitur Sicut careo pecunia.
Pecunia habetur a me. recte dicitur Pecunia autem caretur a me. non
recte dicitur. Non conuenit enim inter Grammaticos vt diceretur.
Pecunia caretur a me Nonne itaqꝫ condolendum eſt pueris Qui mer
cede diſcunt tam inutilia. tamqꝫ falſa Propterea habeo pecuniam Pe-
cunia item habetur a me recte dicitur Inter Grammaticos enim con-
uenit. ita dicatur Si conueniſſet inter Grammaticos vt diceretur.
Careo pecuniam recte diceretur Careo pecuniam Et item recre Pecu-
nia caretur a me Sed quia conuenit inter Grammaticos vt non di-
ceretur Careo pecuniam Non recte igitur dicitur Quare non dicitur
Amo Joannis Sicut memini Joannis. hoc eſt memoriam Joannis
habeo Nec amo Joannis ſignificet tantum quantum amorem Joan
nis habeo. Niſi quia non placuit Grammaticis vt amo conſtruatur
cum genitiuo Placuit autem eis Memini cum genitiuo conſtrui.
Quare Auguſtinus Hieronymus Gregorius Ambroſius Bernar-
dus Cyprianus ⁊ Lactantius. ⁊ alij eccleſiaſtici ſcriptores. latine ſcrip
ſerunt. Niſi quia ita ſcripſerunt vt veteres. hoc eſt vt Tullius. vt Sa
luſtius. vt Liuius. vt Uirgilius Ut reliqui veteres ſcripſerunt Qui
nec nouerunt nec legerunt Michalem de Morboſio. Sed latine ta-
men. immo latiniſſime ſcripſerunt Ita enim vt veteres ſcripſerunt.
Neqꝫ eo latine ſcripſerunt. quia ſciuerunt modos ſignificandi. Sine
quorum ſcientia credunt nonnulli. neqꝫ latine poſſe ſcribi neqꝫ dici.
Scripſerunt autem latine Quia veteres imittati. ⁊ ita vt veteres ſcrip
ſerunt Ut ille optume pingit. qui ita pingit. vt is qui optime pinxit.
Ille item optime cęlat. qui ita cęlat vt is cęlauit. qui optime cęlauit.
Ita ille optime loquitur. qui ita loquitur. vt is loquutus eſt. qui opti-
me loquutus Ita ille optime canit. qui ita canit vt is cecinit. qui opti-
me cecinit. Demus itaqꝫ operam. vt ita loquamur. quomōdo is loqu
tus e. qui optime loquutus Quem fuiſſe Tullium inter omnes con-
uenit Pretermiſſo itaqꝫ barbariſſimo illo opere Quod ſcholarium diſ
ciplina. Non ſatis latinam inſcriptionē non habet. Quod Boetium
ſcripſiſſe mentiuntur Qui libellus tam ineptis tropis refertus eſt in-
digniſſimus ſit quo pueri inſtituantur Huic debemus ꝙ dicimus na-
turā naturantē ⁊ naturatā Iñ deprompta ſunt mgrāri intitulari diſco
lus Ibi em̄ ſcriptū eſt Nō eſt dign⁹ mgrāre q̇ ſe nō nouit ſubijci. Ibi
mgrātus magiſteriū d'r Iñ preſbyterari formauerūt Mgrātus cū no
men eſt latinū eſt. Cum pticipiū barbaruꝫ. Iñ deprōptum eſt dyſcho

lus qđ ſignificat malū et pniciosum.et toleratu difficilem.σνσ em̄ cū
ð greco ſcriptum malum ſignificat.⁊ chole coleram Inde diſcolus In
de depromptum eſt. Non enim diſcentis eſt probris contumelioſiſq̃
affatibus.regentem incitare Dicent forte aduerſarij qui barbariei par
tes defendunt. Fas quidem eſt quedam vocabula ſecus ſcribere atq̃ in
ter veteres ea ſcribi conuenit. Fas eſt vocabula quedam corrūpere Qui
bus admiſſis Fas proinde erit.omnia vocabula aliter q̄ inter veteres cō
uenit.ſcribi Tollatur ergo Grammatica Faceſſant igitur Grammati
ce profeſſores Adherendum vocabularijs et barbaris et corruptis Gē
me inquam titulo mutato. Quo quam multi decepti. et decipiantur
non facile dicetur quem vnum predicant.quem colunt. Qui vt eis iu-
uenibus ſit qui rerum indocti proprio imponunt ieiunia ventri.ere de-
ficiente Et ceteris id generis multis Uguitioni Catholicon Britoni.
Relictis et contemptis et approbatiſſimis M.varro ne Feſto Nonio
marcello Tuliano neſtore Tortellio et alijs q̄ plurimis Vocabula pla
ne et ſcribenda et prununcianda et conſtruenda Quomodo inter vete-
res Grammaticos conuenit vt vel ſcriberentur vel pronunciarentur vł
conſtruentur Qui itaq̃ ſecus eo vel ſcribit vel pronunciat vel conſtru
it. Barbariſmum facit Neque vocabulis ſignificandum atq̃ inter ve-
teres conuenit.eis ſignificari. Quam alienum id a Gemma illa.que cir
cumfertur.videbunt clariſſime Qui eam approbatis vocabularijs con
ferat.veteribus conſultare Preterео medullam vtramq̃ partium O-
pus minus item vtrarumq̃ Et alia opuſcula innumera.indigniſſima
qui et emantur et legantur Frugibus contemptis glande veſci volunt
aliqui non recte perſuaſij Amore motus.hec in medium niſi maturius
ſtudioſa iuuentus ſibi conſulat.frigido veneno in herbis latente itaq̃ g
nito A glandibus itaq̃ fugiant pueri premoniti. Latet enim anguis
in herba Valete

Alexander hegi⁹ Rhodolfo agricole ſuo. S.p.d

Q Uod iſtic nullas ante hac acceperis litteras.quando
excuſatu difficile eſt.quid aliud reſtat qua vt ingenue
deſidiam meam fateor Turpius enim.mea ſententia
eſt.praue culpas excuſare q̄ prudēter confiteri He-
ricus frater tuus.ſi ad te rediens hac iter feciſſet.aliq̄d
(niſi fallor)ad te litterarum dediſſem Nunc quia fefellit opinionē me
am.in peccato deprehenſus ſum Queſiuiſti de re mea ſcholaſtica vt pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

cederet quantoqꝫ mihi vſui eſſetpaucis reſpondebo Habeo nūc ludum
plenū A Eſtate paulo incelebrior erat Peſtilētia em̄ que eo tempe ſu-
pra xx diſcipulorum meorum aſſumpſit multos huic abegit.nōnullos
etiā (vt credibile eſt) quo minus huc venirēt abſterruit Ago tibi grās
ꝙ Lucia in dialogum de ſutore et gallo.mea gratia/ tradixeris . Vide ꝗ
fiducię proceſſerim.qui id mihi ꝑſuaſi. Rogo te vt eum mihi dedices
quo.noſtra familiaritas magis nobilitetur Scio em̄ non mediocri vo
luptati.et mihi et reliquis eum lecturis fore: Faciā em̄ imprimi quum
primū huc venerit Dialecticorū tuoꝝ breuiariū nō audeo petere.vt faci
as Modicā em̄ inuidentiam.mihi parum turpem duco Nimiā vero
iuſſu Comici.fugere ſtatui Hoc tamē ſilentio tranſiri non poſſum op-
time te de ſcholaſticis promeriturum.ſic id cū eis cōmunicaueris Scis
em̄ quātum fraudentur Traxiſti Socratem de inſtitutione principuꝫ
eum ſi haberē.auditoribus meis explicarē. Nō em̄ dubito.quin ex eis
non nulli principes Futuri et reipublice gubernacula ſortituri ſunt Le
gi librum Valle de verobono.apud quem Vegius voluptatis ꝑtes
tuetur Cato honeſtatis.Fecit me Vegius Epicurim Perſuaſit em̄ mi
hi eatenus bonū alquid eſſe.quatenus voluptatem afferat Quid em̄ cu
iqꝫ honeſtatis prodeſt.ſi perpetuo pęnas apud miſeros daturus eſſet.
Non puto id quod recte fit.ideo bonū eſſe.quia fit.ſed quia voluptatē
affert aut ablaturum eſt. Nemo(vt credo)adeo ꝑtinax honeſtatis pa-
ternus.eſt.vt velit honeſto ꝑpetuo ſupplicio affici. Perſuaſit idē mihi
ſingulis virtutibus ſingula vicia eſſe contraria. Conuenit em̄ inter ō-
nes.de virtutibꝰ ⁊ vicijs loquentes virtutem rectitudinem eſſe Viciū
autē prauitatem Cuiqꝫ autem prauitati mea ſententia.ſua rectitudo ad
uerſa eſt. Recte em̄ dare . et praue dare.aduerſa fronte conſiſtunt Quē
admodum recte nō dare et praue nō dare Nihil em̄ eſſe cauſę video cur
vni rectitudini deus duras prauitates voluerit contrarias eſſe Quum
vtriqꝫ.ſuam rectitudinē videmus aduerſari Utrū tercium ſentiā an ſe
cus.et an verum videar tibi ſentire nec ne cupio a te cerrior fieri Idqꝫ eti
am velim diſſeras .cur vnū atqꝫ idem argumentum .ex duobus ęqua-
li ingenio preditis.vni fidem faciat.alteri minime Quū tamē argumē
ta.vt verbis tuis pulcherrimis vtar Neceſſitatē in agendo ſequantur
rō delectū Cupio etiam ex te ſcire .an . Heidelbergenſes tui.iam a mar-
ſilio ſuo defecerunt et vniuerſalia ante rem iure.et poſt rem.et indiui-
duationis principia tractent .an adhuc ꝑtes eius tueanꝭ Plinium tuū
minio noſtrū .verbis meis plurima ſalute imꝑti. Non em̄ poteſt fieri
vt mihi non ſit charus quē tu chariſſimū habes Epiſcopū Vormacen
ſem virumprincipē ſalutare priuatus nō audeo Opto tamē optaboqꝫ

ſemper.id quod mihi licet.eum bene valere Eſt enim dignus.cui nil ad uerſi eueniat.quenqꝫ omnes laudibus proſequantur Qui has litteras Uormatiã perferet.intra ſex hebdomodas reuerſurus eſt.quicquid litterarum ad me daturus es.mittito ad ędes Epiſcopi Uormacenſis. Illinc petet eas.quum hinc reuertetur Si fraudas iſtic genium tuum egerrime fero te.huc ab Ieſſe Sin minus.quamuis minus ęgre ęquo tamen animo ferre minime confiteor Epicurus enim vt noſti factus ſum De omnibus rebus tuis certiorem me facito. Uale ex Dauentria xvi.calendas ianuarias.

¶ Alexander hegius doctiſſimo atqꝫ preſtantiſſimõ magiſtro Weſſelo gronigenſi qui lux mundi.

M Itto tibi vir preſtantiſſime Homolias Ioãnis Chryſoſtomi Spero earum lectionem tibi iucundam fore Plus enim ſemper tibi placuere aurea verba qꝫ aurei nummi. Fui vt noſti in Cuſana Bibliothica Illic repperi multos hebraicos libros mihi prorſus ignotos Ex grecis autem pauciores.inueni Erant ibi.quos memoria teneo. Epiphanius cõtra Hereſes.magnum admodum opus.Dionyſius in hierarchia Athanaſius contra Arrium Climacus quos ibi reliqui Mecum vero attuli Baſilium in Hexameron.⁊ Homolias eius non nullas in pſalmos Epiſtolas pauli cum actibus Apoſtolorum Uitas quaſdam Romanorum ⁊ Grecorum a Plutarcho ſcriptas.vna cum Sympoſio eius Quedam grammatica.Quedam Mathematica. Quedam carmina profundiſſimi ſenſus.de Chriſtiana relligione a Gregorio nazanzeno. vt credo compoſita.Quaſdam oratões ευχάσ Si quos ex his deſideras.me facito certiorem. Ad te ibunt. Non enim decet me qnicquam habere quod tecum non communicem Si grecis euangelijs non erit tibi graue carere.precor vt ea ad me commodato dare velis.De inſtitutione mea certiora me fieri petis. Sequutus ſum conſilium tuum. Pernicioſa enim litreratura eſt.que cum iactura probitatis diſcitur. Uale ⁊ ſi qđ me facere voles mihi ꝑcato.⁊ factũ putato Ex Dauentria.

¶ Impreſſum Dauentrię Per me Richardum paſraet. Anno dñi. M. CCCCC.iij. In profeſto Circumciſionis dñi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

17

Cum omnes bene de nobis meritos amare debeamus, tum vero parentes nostros colere equissimum est.

simus scoondonchius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 20